B.A.R. II 107472

FASTII CONSULARI

CU ADAUSSULU

FAPTELORU MEMORABILI.

Supplementu la Istoria Romaniloru.

DE

A. TREB. LAURIANU.

Preţiulă 2 franc̆ă, sau 2 leure, sau 2 florinţă de aramă.

BUCURESCI.

TIPOGRAFIA NATIONALE INTERPRENSOR C. RADULESCU.

1869.

I 47931

www.dacoromanica.ro

Dăruită Bibl. Academiei
de Prof. I. Bianu, 1931.

FASTII CONSULARI

CU ADAUSSULU

FAPTELORU MEMORABILI.

Supplementu la Istoria Romaniloru.

DE

A. TREB. LAURIANU.

BUCURESCI

TIPOGRAFIA NATIONALE INTERPRENSOR C. RADULESCU.

1869.

www.dacoromanica.ro

FASTI CONSULARES

ADDITIS

REBUS MEMORABILIBUS.

OPERA ET STUDIO

A. TREB. LAURIANI.

HILARIOPOLI.

IN TYPOGRAPHIA NATIONALI RED. C. RADULESCI.

1869.

www.dacoromanica.ro

CHRONOLOGIA ITALICA.

A. U.	Ante Christ.	
		Tempora fabulosa.
609	1362	Janus.
579	1332	Saturnus.
546	1299	Picus.
509	1262	Faunus.
465	1218	Latinus.
430	1183	Aeneas.
423	1176	Ascanius *sive* Julus.
385	1138	Silvius Postumus.
355	1108	Aeneas Silvius.
324	1077	Latinus Silvius.
274	1027	Alba Silvius.
235	988	Atys Silvius.
201	954	Capys Silvius.
173	926	Capetus.
160	913	Tiberinus.
152	905	Agrippa.
131	884	Romulus Silvius.
111	864	Aventinus.
74	827	Proca.
47	800	Numitor.
46	799	Amulius.
2	755	Numitor *restitutus.*
0	753	**Romulus.**
38	715	**Numa Pompilius.**
82	671	**Tullus Hostilius.**
114	639	**Ancus Martius.**
138	615	**Tarquinius Priscus.**
176	577	**Servius Tullius.**
220	533	**Tarquinius Superbus.**

www.dacoromanica.ro

FASTI CONSULARES.

A. U.	ante Christ.	*Consules.*
245	508	L. Junius Brutus, *quo interempto* Sp. Lucretius Tricipitinus, *quo mortuo* M. Horatius Pulvillus. L. Tarquinius Collatinus, *quo pulso* P. Valerius Poblicola.
246	507	P. Valerius Poblicola II. T. Lucretius Tricipitinus.
247	506	P. Valerius Poblicola III. M. Horatius Pulvillus II.
248	505	Sp. Lartius Flavus (Rufus). T. Herminius Aquilinus.
249	504	M. Valerius (Poblicolae frater). P. Postumius Tubertus.
250	503	P. Valerius Poblicola IV. T. Lucretius Tricipitinus II.
251	502	P. Postumius Tubertus II. Agrippa Menenius Lanatus.
252	501	Opiter Virginius Tricostus. Sp. Cassius Viscellinus.
253	500	Postumus Cominius Auruncus. T. Lartius Flavus, *Dictator.*
254	499	Servius Sulpicius Camerinus. M'. Tullius Longus.
255	498	P. Veturius Geminus. T. Aebutius Elva. A. Postumius, *Dictator.* T. Aebutius *Magister Equitum.*
256	497	T. Lartius Flavus II. Q. Cloelius Siculus.

www.dacoromanica.ro

RES MEMORABILES.

Regnatum Romae ab condita urbe ad liberatam annos ducentos quadraginta quattuor. Duo corsules inde comitiis centuriatis a praefecto urbis (Lucretio) ex commentariis Servii Tullii creati sunt, L. Junius Brutus et L. Tarquinius Collatinus. *Livii I. 60.*

Foedus I cum Poenis.

Bellum cum Porsena. Horatius Cocles. Mucius Scaevola. Cloelia. — Thracia occupatur a Persis.

Tarquinius cedit Tusculum ad Dictatorem Mamilium Octavium generum suum.

Acusilaus Argivus, Charon Lampsacenus, Xanthus Lydius, Hecataeus Milesius auctores graeci florent.

Consules triumphant de Sabinis.
Incipit bellum Persicum.

Seditio inter belli pacisque auctores orta in Sabinis. Pythagoras philosophus moritur.

Appius Claudius Sabinus, magna clientum comitatus manu, Romam transfugit.—P. Valerius Poblicola moritur.

Consules ob iras magis graviter ultas, quam ob magnitudinem perfecti belli, de Auruncis triumpharunt.

Apud veterrimos auctores T Lartium Dictatorem primum, Sp. Cassium Mag. equit. creatos invenio. *Livii II. 18.*

Romae nihil dignum memoria actum. *Livii II. 18.*
Anaxagoras natus.

His consulibus Fidenae obsessae, Crustumeria capta, Praeneste ab Latinis ad Romanos descivit; nec ultra bellum latinum gliscens jam per aliquot aunos, dilatum. *Livii II. 20.* — Hoc modo ad lacum Regillum pugnatum est.

Triennio deinde nec certa pax nec bellum fuit. *Livii II. 21.*
Simonides, Heraclitus, Leucippus.

www.dacoromanica.ro

257	496	A. Sempronius Atratinus. M. Minucius Augurinus.
258	495	A. Postumius Albus Regillensis. A. Virginius Tricostus Coelimontanus.
259	494	Ap. Claudius Sabinus Regillensis. P. Servilius Priscus.
260	493	A. Virginius Tricostus Coelimont. II. T. Veturius Geminus Cicurinus. M'. Valerius Volesi filius, *Dictator.*
261	492	Sp. Cassius Viscellinus II. Postumus Cominius Auruncus II.
262	491	T. Geganius Macerinus. P. Minucius Augurinus.
263	490	M. Minucius Augurinus II. A. Sempronius Atratinus II.
264	489	Q. Sulpicius Camerinus Cornutus. Sp. Lartius Flavus II.
265	488	C. Julius Julus. P. Pinarius Rufus Mamercinus.
266	487	Sp. Nautius Rutilus. Sex. Furius Fuscus Medullinus.
267	486	C. Aquilius Tuscus. T. Sicinius Sabinus.
268	485	Sp. Cassius Viscellinus III. Proculus Virginius Tricostus Rutilus.
269	484	Ser. Cornelius Cossus Maluginensis. Q. Fabius Vibulanus.
270	483	L. Aemilius Mamercinus. Caeso Fabius Vibulanus.
271	482	M. Fabius Vibulanus (Caesonis frater.) L. Valerius Poblicola Potitus.

www.dacoromanica.ro

His consulibus aedes Saturno dedicata: Saturnalia institutus festus dies. *Livii II. 21.* — Sophocles natus.

Hoc demum anno ad Regillum lacum pugnatum, apud quosdum invenio; A. Postumium dictatorem factum. *Ibidem.*

Tarquinius mortuus Cumis, quo se post fractas opes Latinorum, ad Aristodemum tyrannum contulerat. *Ibidem.*

Carthaginienses insula Sardinia potiuntur.
Romae discordiae inter patres et plebem.
Bellum Volscum. Plebs arma detrectat. Valerius Dictator

Secessio plebis in montem sacrum auctore L. Sicinio. Tribuni plebis creati duo. Lex sacrata. Aediles plebis.

Comitia tributa. Caritas annonae ex incultis per secessionem plebis agris, deinde fames in civitate orta.

C. Marcius Coriolanus damnatus in Volscos exulatum abit, ubi cum Attio Tullo tum Volsci nominis principe, Romanis semper infesto. consilia de Romano bello agitat.
Pugna in campo Marathone.

C. Marcius Coriolanus Volscos adversus Romam ducit Vix precibus matris Veturiae et uxoris Volumniae victus, retro ab urbe castra movet. Abductis deinde legionibus ex agro Romano invidia rei oppresum periisse tradunt, alii alio leto. Monumento quod esset, templum Muliebri Fortunae aedificatum dedicatumque est, *Livii II. 40.*

Sp. Cassius Consul primum legem agrariam tulit.
Foedus cum Latinis.—Aeschylus floret. Euripides natus.

Sp. Cassius, ubi primum magistratu abiit, damnatus necatusque est; eius aedes publice dirutae. *Livii II. 41.*

Castoris aedes Idibus Quintilibus dedicata. Vota erat Latino bello, Postumio dictatore. Lex agraria agitata.

Bellum inde Veiens initum; et Volsci rebellarunt.
Herodotus anno priori natus.

www.dacoromanica.ro

272	481	C. Julius Julus. Q. Fabius Vibulanus II.
273	480	Caeso Fabius Vibulanus II. Sp. Furius Fusus Medullinus.
274	479	C. Manilius Cincinnatus. M. Fabius Vibulanus II.
275	478	Caeso Fabius Vibulanus III. T. Virginius Tricostus Rutilus.
276	477	L. Aemilius Mamercinus II. C. Servilius Structus Ahala, *cui suff.* C. Cornelius Lentulus.
277	476	T. Menenius Lanatus. C. Horatius Pulvillus.
278	475	A. Virginius Tricostus Rutilus. Sp. Servilius Structus.
279	474	P. Valerius Poblicola. C. Nautius Rutilus.
280	473	L. Furius Medullinus Fuscus. A. Manlius Vulso.
281	472	L. Aemilius Mamercinus III. Vopiscus Julius Julus.
282	471	L. Pinarius Rufus Mamercinus. P. Furius Fuscus.
283	470	Ap. Claudius Sabinus Regillensis. T. Quinctius Barbatus Capitolinus.
284	469	L. Valerius Poblicola Potitus II. Tib. Aemilius Mamercinus.
285	468	A. Virginius Tricostus Coelimontanus. T. Numicius Priscus.
286	467	T. Quinctius Barbatus Capitolinus II. Q. Servilius Priscus (Structus)

www.dacoromanica.ro

Leonidas Lacedaemoniorum rex creatus.
Romae segnior discordia domi, et bellum foris atrocius. *Liv.*

Ad duo simul bella exercitus scribitur: ducendus Fabio in Aequos, in Veientes Furio datur. *Livii II. 43.*

Et hic annus tribunum auctorem legis agrariae habuit. Tib. Pontificius fuit.—Cum Tuscis pugnatum.

Sex et trecenti Fabii a Caesone consule ducti bellum suscipiunt adversus Veientes. Infelici via dextro Jano portae Carmentalis profecti, ad Cremeram flumen perveniunt. Is opportunus visus locus munito praesidio. Post varias dimicationes, Fabii a Veientibus circumventi, caesi ad unum omnes, praesidiumque expugnatum. *Livii II. 48, 49, 50.*

Veientes Janiculum occupant. A Romanis inter duas acies clausi caesi sunt.

Veiens bellum exortum; quibus Sabini arma conjunxerant. — Volsci Aequique latinum agrum populati sunt.

Veientibus indutiae in annos quadraginta datae.
Anacreon poeta moritur.

Cn. Genucius tribunus plebis consules superioris anni reos facit. Die judicii mortuus invenitur.

Volero trib. pl. rogationem tulit ad populum, ut plebeii magistratus tribuniciis comitiis fierent. *Livii II. 56.*

Quinque tribuni plebis creati: C. Sicinius, L. Numitorius, M. Duilius, Sp. Icilius, L. Maecilius.

Appio Claudio tribuni plebis diem dicunt. Ante judicii diem Appius morbo moritur. *Livii II. 61.*

Dum Aequi Volscique Romanos exercitus tenerent, Sebini usque ad portas urbis populantes incessere.

Volscis fusis Antium paucos a Romanis circumsessum dies deditur.—Socrates priori anno natus.

www.dacoromanica.ro

287	466	Tib. Aemilius Mamercinus II. Q. Fabius Vibulanus.
288	465	Sp. Postumius Albus Regillensis. Q. Servilius Priscus II.
289	464	Q. Fabius Vibulanus II. T. Quinctius Barbatus Capitolinus III.
290	463	A. Postumius Albus Regillensis. Sp. Furius Medullinus Fusus.
291	462	P. Servilius Priscus. L. Aebutius Elva.
292	461	L. Lucretius Tricipitinus. T. Veturius Geminus Cicurinus.
293	460	P. Volumnius Amintinus Gallus. Ser. Sulpicius Camerinus.
294	459	P. Valerius Poblicola, *cui mortuo suff.* L. Quinctius Cincinnatus. C. Claudius Sabinus Regillensis.
295	458	Q. Fabius Vibulanus III. L. Cornelius Malugmensis Cossus.
296	457	C. Nautius Rutilus II. L. Minucius Augurinus.
297	456	C. Horatius Pulvillus II. Q. Minucius Augurinus.
298	455	M. Valerius Maximus Lactucinus. Sp. Virginius Tricostus Coelimontanus.
299	454	T. Aemilius Rocus Vaticanus. C. Veturius Cicurinus.
300	453	Sp. Tarpeius Montanus Capitolinus. A. Aterius Fontinalis.
301	452	Sex. Quintilius, *cui pestilentia mortuo suff.* Spurius Furius. P. Horatius Tergeminus.

www.dacoromanica.ro

Antium colonia ducta. Jussi nomina dare qui agrum acsipere vellent.—Simonides moritur.

Q. Servilius in Aequos missus, in Latino agro stativa habuit. Quies necessaria morbo implicitum exercitum tenuit.

Census deinde actus et conditum a Quinctio lustrum. Censa civium capita 124,214 dicuntur, praeter orbos orbasque.

Bellum cum Aequis renovatur. Furius consulis frater caeditur, consul ipse vulneratur.

Creati consules L. Aebutius et P. Servilius Kal. Sextilibus, ut tunc principium anni agebatur, consulatum ineunt.

Valscum nomen prope deletum est. *L. III. 8.*

C. Terentillus Arsa tribunus plebis.

Terra ingenti motu concussa est. L. Quinctius Cincinnatus 30,000 aeris mulctam pro filio Caesone solvit.

Exules servique ad 4000 hominum et 500, duce Ap. Herdonio Sabino nocte Capitolium atque arcem occupaverunt. Sed Capitolium recuperatum, Herdonius interfectus est.

Census perficitur; lustrum ab origine urbis decimum conditum. Censa civium capita 132,419. *L. III. 25.*

L. Quinctius Cincinnatus dictator creatus L. Tarquitium Mag. equit. dicit, et cons. Minucium ab Aequis claus. liberat.

Lex Virginia de decem tribunis creandis, bini ex singulis classibus.

Primum celebrati sunt ludi saeculares Domi forisque otium fuit, annona propter aquarum temperiem laborutum est.

In Algido cum Aequis pugnatum, supra 4000 hominum caesa: alii fugati: praeda parta ingens. *L. III. 31.*

Sp. Postumius, Serv. Sulpicius, A Manlius in Graeciam ad describendas leges missi. *Ibidem.*

Duo simul mala ingentia exorta. fames pestilentiaque, foeda homini, foeda pecori. Vastati agri sunt, urbs assiduis exhausta funeribus. *L. III. 32.*

www.dacoromanica.ro

302	451	P. Sestius Capitolinus (Vaticanus). T. Menenius Lanatus.
303	450	Ap. Claudius Crassinus. T. Genucius Augurinus. *Quibus abdicantibus Decemviri creati sunt* App. Clandius Crassinus. T. Genucius Augurinus. P. Sestius Capitolinus. L. Veturinus Crassus Cicurinus. C. Julius Julus. M. Manlius Vulso. Ser. Sulpicius Camerinus. P. Horatius Tergeminus. T. Romilius Rocus Vaticanus. Sp. Postumius Albus Regillensis.
304	449	Ap. Claudius Crassinus II. Q. Fabius Vibulanus. M. Cornelius Maluginensis. M. Sergius. L. Minucius Augurinus. Q. Paetilius Libo. T. Antonius Merenda. Caeso Duilius. Sp. Oppius Cornicensis. Man. Rabuleius.
305	448	Ap. Claudius Crassinus. Q. Fabius Vibulanus. M. Cornelius Maluginensis. T. Antonius Merenda. Man. Rabuleius. M. Sergius. Caeso Duilius. Q. Paetilius. Sp. Oppius Cornicensis. *Quibus abdicare coactis creati sunt Consules.*

www.dacoromanica.ro

Neque eo anno quidquam belli externi fuit: domi motus orti. Jam redierant legati cum Atticis legibus. *Ibidem.*

Placet creari decemviros sine provocatione, et nequis eo anno alius magistratus esset.

Decemviri ingenti hominum exspectatione propositis decem tabulis, populum ad concionem advocavernnt. — Quum ad rumores hominum de unoquoque legum capite editos satis carrectae viderentur, centuriatis comitiis decem tabularum leges perlatae sunt: qui nunc quoque in hoc immenso aliarum super alias accervatarum legum cumulo, fons omnis publici privatique est juris.

Vulgatur deinde rumor duas deesse tabulas, quibus adiectis absolvi posse velut corpus omnis Romani juris. *Livii III. 34.*

Igitur decemviri in secundum annum creati sunt.

Idus tum Maiae sollennes ineundi magistratus erant. Subito omnes cum duodenis fascibus prodiere. Centum viginti lictores forum impleverant. — Jam et processerat pars maior anni, et duae tubulae legum ad prioris anni decem tabulas erant adiectae: nec quicquam supererat, si hae quoque leges centuriatis comitiis perlatae essent, cur eo magistratu reipublicae opus esset. Exspectabant, quam mox consulibus creandis comitia ediderentur. *L. III. 37.*

Idus Maiae venere. Nulli subrogati novi magistratus. Decemviri propria actoritate imperium continuant. Fusi et a Sabinis ad Eretum et in Algido ab Aequis exercitus. Siccius per insidias a decemviris interfectus. App. Claudius Virginiae amore incensus, M. Claudio clienti negotium dedit, ut virginem in servitutem assereret. Pater Virginius quum filiam contra vim Appii tueri non posset, cultro pectus puellae transfixit, et ingentem seditionem in decemviros movit.

Secessio plebis II in Aventinum. Decemviri damnati.

www.dacoromanica.ro

305	448	L. Valerius Poblicola Potitus. M. Horatius Barbatus.
306	447	Lartius Herminus Aquilinus. T. Virginius Tricostus Coelimontanus.
307	446	M. Geganius Macerinus. C. Julius Julus.
308	445	T. Quinctius Barbatus Capitolinus IV. Agrippa Furius Fusus.
309	444	M. Genucius Augurinus. C. Curtius Philo.
310	443	*Tribuni militum consulari potestate.* A. Sempronius Atratinus. L. Atilius Longus. T. Cloelius Siculus. *Quibus tertio mense avulsis creati sunt Consules.* L. Papirius Mugillanus. L. Sempronius Atratinus.
311	442	M. Geganius Macerinus II. T. Quinctius Barbatus Capitol. V.
312	441	M. Fabius Vibulanus. Postumius Aebutius Elva Cornic.
313	440	C. Furius Pacilus Fusus. M. Papirius Crassus.
314	439	Proculus Geganius Macerinus. L. Menenius Lanatus.
315	438	T. Quinctius Barbatus Capitol. VI. Agrippa Menenius Lanatus.
316	437	*Tribuni militum consulari potestate.* Mamercius Aemilius Mamercinus. L. Quinctius Cincinnatus. L. Julius Julus.

www.dacoromanica.ro

Lex Horatia patricios etiam plebiscitis subiicit.
Lex Duilia de consulibus creandis cum provocatione.

Lex Trebonia de comitiis tribuniciis : Ut plebem Romanam eo usque rogaret, dum decem tribunos pl. faceret.

Consules plebem decreto ad bellum Volscorum et Aequorum delectu, sustinendo rem, ab seditionibus continuere.

Quaestores primum populi suffragiis creati.
Aricini et Ardeates de ambiguo agro P. R. judicem ceperunt.

Canuleia lex de connubiis plebeiorum cum patriciis. Mota lex de communicando plebi consulatu.

Anno trecentesimo decimo, quam urbs Romana condita erat, primum tribuni militum pro consulibus magistratum ineunt. — T. Quinctius Barbatus interrex consules creat. Sed neque in annalibus priscis, neque in libris magistratuum inveniuntur.
Licinius Macer auctor est, et in foedere Ardeatino, et in linteis libris ad Monetae inventa (consulum nomina). *L. IV. 7.*

Censores : L. Pepirius Mugillanus et L. Sempronius Atratinus.

Pugna inter Volscos et Romanos propter Ardeam.
Trinacria urbs Siculorum a Syracusiis diruta.

Ludi ab decemviris per secessionem plebis a Patribus ex senatusconsulto voti, eó anno facti sunt. *L. IV. 12.*

Sp. Maelius ex equestri ordine largitiones frumenti facere instituit, plebemque hoc munere delinitam secum trahere.

T. Quinctius Cincinnatus Dictator creatus C. Servilius Ahala Mag. Equit, obtruncat Sp. Maelium. — Aequimaelium.

Fidenae, colonia Romana, ad Lartem Tolumnium Veientium regem ac Veientes defecere, et legatos Romanos causam novi consilii quaerentes, jussu Tolumnii interfecerunt. Legatis caesis statuae in rostris positae sunt. *L. IV. 17.*

www.dacoromanica.ro

317	436	*Consules :* M. Geganius Macerinus III. L. Sergius Fidenas.
318	435	M. Cornelius Maluginensis. L. Papirius Crassus.
319	434	C. Julius Julus II. L. Virginius Tricostus.
320	433	C. Julius Julus III. L. Virginius Tricostus II.
321	432	*Tribuni militum cons. pot. patricii.* M. Fabius Vibulanus. M. Fosl us Flaccinator. L. Sergius Fidenas.
322	431	L. Pinarius Mamercus Rufus. L. Furius Fusus Medullinus. Sp. Postumius Albus Regillensis.
323	430	*Consules :* T. Quinctius Pennus Cincinnatus. C. Julius Mento.
324	429	L. Papirius Crassus. L. Julius Julus.
325	428	L. Sergius Fidenas II. Hostius Lucretius Tricipitinus.
326	427	T. Quinctius Pennus Cincinnatus II. A. Cornelius Cossus.
327	426	L. Papirius Mugillanus II. C. Servilius Structus Ahala.
328	425	*Tribuni militum cons. potestate :* T. Quinctius Pennus Cincinnatus. C. Furius Pacilus Fusus. M. Postumius Albus Regillensis. A. Cornelius Cossus.

www.dacoromanica.ro

Hinc bello orto Consul romanus non incruentam victoriam retulit. Senatus dictatorem dici Mam. Aemilium jussit. Is. L. Quinct. Cincinnatum Mag. equitum dixit.

Secundo proelio A. Cornelius Cossus regem Tolumnium cuspide transfixit. — Pestilentia et crebri terrae motus.

A. Servilius *Dictator*, Postumus Aebutius Elva *Mag. equit.* Fidenae captae. Villa publica in campo Martio.

Mam. Aemilius iterum Dictator creatus legem tulit: Ne plus quam annua ac semestris censura esset. *L. IV. 24.*

Pestilentia eo anno aliarum rerum otium praebuit: aedis Apollini pro valetudine populi vota est. Multa duumviri ex libris, placandae Deum irae, avertendaeque a populo pestis causa, fecere. *L. IV. 25.* — Propylaea perfecta.

Consilia ad movenda bella in Aequorum Valscorumque conciliis et in Etruria ad fanum Voltumnae agitata. *L. IV. 25.* — Cyclus Metonicus. Pugna ad Potidaeam.

Bellum Peloponnesiacum incipit.

Bellum cum Volscis. A. Postumius Tubertus Dictator. Ingens proelium in Algido. Valscorum castra capta.

Lex de mulctarum aestimatione a consulibus lata.
Pestilentia Athenis. — Plato natus.

Nihil dignum dictu actum his consulibus.
Pericles peste correptus succumbit. Anaxagoras moritur.

Leges de peregrina religione rejicienda.
Siccitas ingens. Pestilentia. Fames. Aetnae eruptio.

Veientes ante diem indutiarum rebellant. Missi tamen ad eos Fetiales. Bellum dilatum.

Male pugnatum cum Veientibus. Mam. Aemilius Dictator dictus. Fidenates rebellant, novos colonos caedunt, sese Veientibus conjungunt. Urbs castraque eorum diripiuntur. Exercitum victorem opulentumque praeda triumphans Dictator Romam reduxit. *L. IV. 34.*

www.dacoromanica.ro

329	424	L Furius Fusus Medullinus. A. Sempronius Atratinus. L. Quinctius Cincinnatus. L. Horatius Barbatus.
330	423	Ap. Claudius Crassus Regillensis. Sp. Nautius Rutilus. L. Sergius Fidenas. Sex. Julius Julus.
331	422	*Consules*: C. Sempronius Atratinus. Q. Fabius Vibulanus.
332	421	*Tribuni militum cons. potestate.* L. Manlius Vulso Capitolinus. Q. Antonius Merenda. L. Papirius Mugillanus. L. Servilius Structus.
333	420	*Consules*: T. Quinctius Capitolinus Barbatus. Numerius Fabius Vibulanus.
334	419	*Tribuni militum cons. potestate*: T. Quinctius Pennus Cincinnatus III. L. Furius Fusus Medullinus II. M. Manlius Vulso Capitolinus. A. Sempronius Atratinus II.
335	418	Agrippa Menenius Lanatus. Sp. Nautius Rutilus. P. Lucretius Tricipitinus. C. Servilius Axilla.
336	417	M. Papirius Mugillanus. C. Servilius Axilla II. L. Sergius Fidenas III. Q. Servilius Priscus.

www.dacoromanica.ro

Veientibus annorum viginti indutiae datae, et Aequis triennii, quum plurium annorum petissent. Et a seditionibus urbanis otium fuit. Annum insequentem neque bello foris neque domi seditione insignem, ludi bello voti celebrem et tribunornm militum apparatu ex finitimorum concursu fecere. Post ludos conciones seditiosae tribunorum plebis fuernnt. Agri publici dividendi coloniarumque deducendarum ostentatae spes. *L. IV. 35. 36.*

Vulturnum Etruscorum urbs, quae nunc Capua est, ab Samnitibus capta. Cum Volscis male pugnatum.

Plebs tribunos plebis absentes, Sex. Tempanium, A. Sellium, Sex. Antistium, et Sp. Icilium fecit; quos et pro centurionibus sibi praefecere Tempanio anctore, equites. — Principio statim anni L. Hortensius tribunus plebis C. Sempronio consuli anni prioris diem dixit. *L. IV. 42.*

Quattuor quaestores, duo patricii, alii duo ex plebe. Aequi turpi fuga funduntur.

Tribuni plebis obtinere non potuerunt, ut duo quaestores ex suis crearentur. C. Sempronius quindecim millibus aeris damnatur.

Eodem anno Cumae, quam Graeci tnm urbem tenebant, a Campanis captae. *L. IV. 44.*

Servorum conjuratio detecta. Indicibus dena millia gravis aeris, quae tum divitiae habebantur, ex aerario numerata, et libertas praemium fuit. Lavicani novi hostes cum veteribus consilia junxere.

Re male gesta a tribunis militum, Q. Servilius Priscus Dictator creatus Aequos in Algido, vicit. Postero die ad Lavicos ductus ab eo exercitus: oppidumque corona circumdatum, scalis captum ac direptum est. Dictator, ex-

www.dacoromanica.ro

337	416	L. Lucretius Tricipitinus II. L. Servilius Structus II. Agrippa Menenius Lanatus. Sp. Veturius Crassus Cicurinus.
338	415	A. Sempronius Atratinus II. M. Papirius Mugillanus II. Q. Fabius Vibulanus. Sp. Nautius Rutilus II.
339	414	P. Cornelius Cossus. Quinctius Cincinnatus. C. Valerius Potitus Volusus. Numerius Fabius Vibulanus.
340	413	Q. Fabius Vibulanus II. Cn. Cornelius Cossus. P. Postumius Albus Regillensis. L. Valerius Potitus.
341	412	*Consules*: M. Cornelius Cossus. L. Furius Medullinus.
342	411	Q. Fabius Ambustus. C. Furius Pacilus.
343	410	*Consules*: M. Papirius Mugillanus. C. Nautius Rutilus.
344	409	M. Aemilius Mamercinus. C. Valerius Potitus Volusus.
345	408	*Consules*: Cn. Cornelius Cossus. L. Furius Medullinus.
346	407	*Tribuni militum consulari. potestate.* C. Julius Julus. P. Carnelius Cossus. C. Servilius Ahala.

www.dacoromanica.ro

ercitu victore Romam reducto, die octavo, quam creatus erat, magistratu se abdicavit; et opportune senatus, prinsquam a tribunis plebis agrariae seditiones, mentione illata de agro Lavicano dividendo, fierent, censuit frequens, coloniam Lavicos deducendam. Coloni ab urbe mille et quingenti missi bina jugera acceperunt. Captis Lavicis, biennium tranquillae externae res, discordia domi ex agrariis legibus fuit. *Livii IV. 47.*

Aequos triennio ante recepta clades prohibuit Bolanis suae gentis populo, praesidium ferre. Excursiones inde in confinem agrum Lavicanum factae erant, novisque colonis bellum illatum. Quam noxam quum se consensu omnium Aequorum defensuros sperasseut, deserti ab suis, ne memorabili quidem bello, per obsidionem levemque unam pugnam et oppidum et fines amisere. Bolis insequente anno receptis, Aequi colonia eo deducta, novis viribus oppidum firmarunt. *L. IV. 49.*

Ferentinum, quo magna multitudo Volscorum se contulerat, a Romanis captum. Hernicis ipse ager dono datus.

Pestilentia coorta, minacior tamen, quam perniciosior. Herodotus historicus mortuus?

Jam fames, quam pestilentia tristior erat, ni dimissis circa omnes populos legatis, annonae foret subventum.

C. Valerius Cos. Carventanam Aequorum arcem cepit, et praedam sub hasta venditam in aerarium redigere jussit. Tres plebeii quaestores creati, et tantum unus patricius Caeso Fabius Ambustus.

Volsci et Aequi arma capessunt. P. Cornelius Cossus dictator creatus. Bellum haud memorabile fuit. Uno atque eo facili proelio caesi ad Antium hostes: castellum ad lacum Fucinum vi expugnatum. *L. IV. 57.*

www.dacoromanica.ro

347	406	C. Valerius Potitus Volusus II. C. Servilius Ahala II. L. Furius Medullinus. Numerius Fabius Vibulanus.
348	405	P. Cornelius Rutilus Cossus. L. Valerius Potitus II. Cn. Cornelius Cossus. Numerius Fabius Ambustus.
349	404	C. Julius Julus II. M. Aemilius Mamercinus. T. Quinctius Capitolinus Barbatus. L. Furius Medullinus II. Q. Quinctius Cincinnatus. A. Manlius Vulso Capitolinus.
350	403	P. Cornelius Maluginensis. Sp. Nautius Rutilus III. C. Valerius Potitus Volusus III. Caeso Fabius Ambustus. Cn. Cornelius Cossus II. M. Sergius Fidenas.
351	402	M. Aemilius Mamercinus. M. Furius Fusus. Ap. Claudius Crassus. L. Julius Julus. M. Postumius. M. Quinctilius Varus. L. Valerius Potitus III. M. Postumius Albinus.
352	401	C. Servilius Ahala III. Q. Sulpicius Camerinus Cornutus. Q. Servilius Priscus Fidenas. A. Manlius Vulso Capitolinus II. L. Virginius Tricostus Coelimontanus. M. Sergius Fidenas II.

www.dacoromanica.ro

Eo anno, quia tempus indutiarum cum Veienti populo exierat, per legatos fetialesque res repeti coeptae: quibus venientibus ad finem, legatio Veientium obviam fuit.

In Volscis accepta clades, amisso Verrugine praesidio.

Veiens bellum motum est ob superbum responsum Veientis senatus. — Anxur oppidum (Tarracinae deinde dictum), captum ac direptum. Senatus decrevit, ut stipendium miles de publio acciperet. *L. IV. 59.*

Ab his tribunis primum circumsessi Veii sunt. Sub cuius initium obsidionis quum Etruscorum concilium ad fanum Voltumnae frequenter habitum esset, parum constitit, bellone publico gentis universae tuendi Veientes essent. Ea oppugnatio segnior insequenti anno fuit, parte tribunorum exercitusque ad Volscum avocata bellum.—

Cum Volscis inter Ferentinum atque Ecetram signis collatis dimicatum. Romanis secunda furtuna pugnae fuit. Artena inde, Volscorum oppidum, ab tribuuis obsideri coepta.—Diruta et arce et urbe Artena, reductae legiones ex Volscis; omnisque vis Romana Veios conversa est. *L. IV. 61.*

Romani auxere numerum tribunorum militum, octo creatis.

Veientes regem creavere. Hibernacula etiam res nova militi Romano aedificari coepta. Tribuni sollicitant plebis animos. Ap. Claudius orator. Opera exercitus romani ad Veiosigne consumta. Tum primum equis suis merere equites coeperunt. Et equiti certus numerus aeris est assignatus. Voluntarius ductus exercitus Veios, non amissa modo restituit opera, sed nova etiam instituit. *L. V. 7.*

Anxuri praesidium romanum oppressum. Capenates et Falisci auxilium feruut Veientibus. Ancipiti proelio castra romana, quibus M'. Sergius praecrat, oppugnantur.

Virginius tribunus, ex maioribus castris subvenire laborantibus minime curat. Ita ignominiosa clades accepta. *L. V. 8, 9.*

www.dacoromanica.ro

353	400	L. Valerius Potitus IV. L. Julius Julus. M. Furius Camillus. M. Aemilius Mamercinus. Cn. Cornelius Cossus II. Caeso Fabius Ambustus II.
354	399	*Tribuni militum ex plebe consulari pot.* P. Licinius Calvus. P. Maelius Capitolinus. P. Maenius. Sp. Furius Medullinus. L. Titinius. L. Publilius Philo Vulscus.
355	398	C. Duilius. L. Atinius Longus. Cn. Genucius Aventinensis. M. Veturius Crassus Cicurinus. M. Pomponius. Volero Publilius Philo.
356	397	L. Valerius Potitus V. L. Furius Medullinus III. M. Valerius Maximus. M. Furius Camillus II. Q. Servilius Priscus Fidenas II. Q. Sulpicius Camerinus Cornutus II.
357	396	L. Julius Julus II. L. Furius Medullinus IV. L. Sergius Fidenas. A. Postumius Albinus Regillensis. A. Manlius Vulso Capitolinus III. T. Cornelius Maluginensis II.
358	395	P. Licinius Calvus. L. Titinius II. L. Atinius Longus II.

www.dacoromanica.ro

Novi tribuni mil. Kal. Octobribus magistratum occeperunt. Bellum multiplex fuit eodem tempore, ad Veios, et ad Capenam, et ad Falerios, et in Volscis, ut Anxur ab hostibus recuperaretur; et Romae simul de delectu, simul de tributo conferendo, laboratum est; et de tribunis plebei cooptandis contentio fuit. *L. V. 10.*

Anxur in Volscis brevi receptum est, neglectis die festo custodiis urbis. Insignis annus hieme gelida ac nivosa fuit, adeo ut viae clausae, Tiberis innavigabilis fuerit. Annona ex ante convecta copia nihil mutavit. Et quia P. Licinius, ut ceperat, haud tumultuose magistratum gessit, dulcedo invaserat proximis comitiis tribunos militum plebeios creandi.

Unus M. Veturius, ex patriciis candidatis locum tenuit. Hiemem tristem, gravis pestilensque omnibus animalibus aestas exsepit. Interim ad Veios terror multiplex fuit, tribus in unum bellis collatis. Namque eodem, quo antea, modo, circa munimenta, quum repente Capenates Faliscique subsidio venissent, adversus tres exercitus ancipiti proelio pugnatum est. Vicerunt tamen Romani. *L. V. 13.*

His tribunis ad Veios nihil admodum memorabile actum est. Tota vis in populationibus fuit. — Lacus Albanus in altitudinem insolitam crevit. Missi sciscitatum oratores ad Delphicum oraculum. — Priusquam a Delphis oratores redirent, Albanive prodigii piacula invenirentur, novi tribuni militum consulari potestate, magistratum inierunt. — Tarquinienses agrum Romanum populantes repressi. — Oratores a Delphis reversi. - Etruriae populi negant auxilium Veientibus. Simul nuntiatum Gallos advenisse. *L. V. 17.*

Male pugnatum cum Faliscis et Capenatibus. M. Furius Camillus Dictator dictus, magistrum equitum P. Cornelium Scipionem dixit, Faliscis Capenatibusque fusis, Veios

www.dacoromanica.ro

358	395	P. Maenius II. P. Maelius Capitolinus II. Cn. Genucius Aventinensis II.
359	394	P. Cornelius Cossus. P. Cornelius Scipio. M. Valerius Maximus II. Caeso Fabius Ambustus III. L. Furius Medullinus V. Q. Servilius Priscus Fidenas III.
360	393	M. Furius Camillus III. L. Furius Medullinus VI. C. Aemilius Mamercinus. Sp. Post. Albinus Regillensis. P. Cornelius Scipio II. L. Valerius Poblicola.
361	392	*Consules :* L. Lucretius Flavus. Serv. Sulpicius Camerinus.
362	391	*Consules :* L. Valerius Potitus. M. Manlius Capitolinus.
363	390	*Tribuni militum cons. potestate.* T. Lucretius Flavus. Serv. Sulpicius Camerinus. M. Aemilius Mamercinus. L. Furius Medullinus VII. C. Aemilius Mamercinus II. Agrippa Furius Fusus.
364	389	Q. Fabius Ambustus. Caeso Fabius Ambustus. C. Fabius Ambustus. Q. Sulpicius Lougus. Q. Servius Priscus Fidenas IV. Serv. Cornelius Maluginensis.

www.dacoromanica.ro

obsedit, et cuniculum in arcem hostium agere coepit, quo opere perfecto, milites in arcem immisit, et urbem cepit. *L. V. 21.*

Corneliis Faliscum bellum, Valerio ac Servilio Capenas sorte evenit — Ea clades Capenatem populum subegit. Pax petentibus data. In Faliscis bellum restabat.

Romae tribuni pl. accusabant Camillum praedam Veientanam publicando sacrandoque ad nihilum redegisse. *L. V. 25.*

Incipit bellum Corinthium.

Falisci justitiâ Camilli victi sponte se Romanis subdunt.

Faliscis in stipendium militum eius auni, ut populus Romanus tributo vacaret, pecunia imperata. —

In Aequis varie bellatum, adeo ut in incerto fuerit et apud ipsos exercitus et Romae, vicissent victive essent. *L. V. 28.*

Dionysius I bellum infert Graeciae.

Tribuni pl. biennii superioris A. Virginius et Q. Pomponius denis millibus gravis aeris condemnati sunt. — Senatusconsultum, ut agri Veientani septena jugera plebi dividerentur.

Ludi magni. Aedes Junoni Reginae dedicata.—Bellum indictum Volsiniensibus et Scapinatibus.

M. Furius Camillus, propter praedam Veientanam in judicium vocatus, in exsilium abiit. Absens quindecim millibus gravis aeris damnatur. —

Quum Senones Galli Clusium obsiderent, et legati a senatu missi ad componendam inter eos et Clusinos pacem, pugnantes contra Gallos in acie Clusinorum stelissent; hoc facto eorum concitati Senones urbem infesto exercitu petieruut.

Bellum Gallicum Senonicum. Galli fusis ad Alliam flumen Romanis, cepere urbem praeter Capitolium, in quod se juventus contulerat. Coactis deiude propter famem Romanis descendere, convenerunt, ut mille pondo auri darent, et hoc pretio finem obsidionis emerent; Furius Camillus Dictator absens creatus inter pendendum aurum cum

www.dacoromanica.ro

365	388	M. Furius Camillus *Dictator.* L. Valerius Potitus *Magistĕr equitum.*
366	387	*Tribuni militum cons. potestate.* L. Valerius Poblicola II. L. Virginius Tricostus. P. Cornelius Cossus. A. Manlius Capitolinus. L. Aemilius Mamercinus. L. Postumius Albinus Regillensis.
367	386	T. Quinctius Cincinnatus. Q. Servilius Priscus Fidenas V. L. Julius Julus. L. Aquilius Corvus. L. Lucretius Tricipitinus. Serv. Sulpicius Rufus.
368	385	L. Papirius Cursor. C. Sergius Fidenas. L. Aemilius Mamercinus II. L. Menenius Lanatus. L. Valerius Poblicola III. C. Cornelius Cossus.
369	384	M. Furius Camillus IV. Serv. Sulpicius Maluginensis II. Q. Servilius Priscus Fidenas VI. L. Quinctius Cincinnatus. L. Horatius Pulvillus. P. Valerius Potitus Poblicola.
370	383	A. Manlius Capitolinus II. P. Cornelius Cossus II. T. Quinctius Capitolinus. L. Quinctius Capitolinus. L. Papirius Cursor II. C. Sergius Fidenas II.

www.dacoromanica.ro

exercitu venit, et Gallos post sextum mensem urbe expulit, ceciditque. — Consilium ad Veios migrandi auctore Camillo discussum est. Urbs insistente Camillo reaedificata.

Quum Volsci, Aeqni et Etrusci arma in Romanos cepissent, Furius Camillus Dictator creatus, exercitum in Volscos duxit, quibus fusis in Aequos transiit, deinde in Etruscos, qui Sutrium ceperant, vertit, et simul trium bellorum victor, in urbem triumphans rediit. *L. IV. 1. 2. 3. 4.*

Exercitum alterum in Aequos, alterum in agrum Tarquiniensem duxere. Ibi oppida Etruscorum, Cortuosa et Contenebra, vi capta. — Eodem anno, ne privatis tantum operibns cresceret urbs, Capitolium quoque saxo quadrato substructum est : opns vel in hac magnificentia urbis conspiciendum. *L. IV. 4.*

Eodem anno aedes Martis, gallico bello vota, dedicata est a T. Quinctio duumviro sacris faciundis. Tribus quattuor ex novis civibus additae, Stellatina, Tromentina, Sabatina, Arniensis : eaeque viginti quinque tribuum numerum explevere. *L. IV. 5.*

Pax Antalcidica (ab Antalcida cu Persis facta.)

Furius ac Valerius ad *Satricum profecti*, ubi *fusis* Volscis, Latinis et Hernicis, arma in Antium convertunt; sed legati a Nepete et Sutrio auxilium adversus Etruscos petentes veniunt. Itaque exercitus ad Sutrium ductus, quo capto sociisque restituto, Nepete quoque hostibus eripitur. Nepesinis parci jussum. *L. VI. 9. 10.*

Bellum ortum a Volscis, adjuncta Latinorum atque Hernicorum defectione Seditio unde minime timeri debuit, a patriciae gentis viro et inclutae famae M. Manlio Capitolino. A. Cornelius Cossus Dictator creatus Volscos vicit, M. Manlium in vincula conjecit. —

Demosthenes natus.

www.dacoromanica.ro

371	382	Serv. Cornelius Maluginensis III.
		P. Valerius Potitus Poblicola II.
		M. Furius Camillus V.
		Serv. Sulpicius Rufus II.
		C. Papirius Crassus.
		T. Quinctius Cincinnatus II.
372	381	L. Valerius Poblicola IV.
		A. Manlius Capitolinus III.
		Serv. Sulpicius Rufus III.
		L. Lucretius Tricipitinus II.
		L. Aemilius Mamercinus III.
		M. Trebonius Flavus.
373	380	Sp. Papirius Crassus.
		L. Papirius Crassus.
		Serv. Cornelius Maluginensis IV.
		Q. Servilius Priscus Fidenas.
		Serv. Sulpicius Praetextatus.
		L. Aemilius Mamercinus IV.
374	379	M. Furius Camillus VI.
		A. Post. Albinus Regillensis.
		L. Post. Albinus Regillensis.
		L. Furius Medullinus.
		L. Lucretius Tricipitinus III.
		M. Fabius Ambustus.
375	378	L. Valerius Poblicola V.
		P. Valerius Potitus Poblicola III.
		L. Menenius Lanatus II.
		C. Sergius Fidenas III.
		Sp. Papirius Cursor.
		Serv. Cornelius Malugineusis V.
376	377	P. Manlius Capitolinus.
		C. Manlius Capitolinus.
		L. Julius Julus II.
		C. Sextilius.

www.dacoromanica.ro

M. Manlius Capitolinus, regni crimine accusatus a M. Maenio et Q. Publilio, tribunis plebis, quos patres in suas partes traxerant, quum in campo Martio ubi Capitolium ante oculos erat, damnari non posset, in Poetelinum lucum extra portam Nomentanam concilium populi indictum est. Damnatum tribuni de saxo Tarpeio deiecerunt. *L. VI. 20.*

Pestilentiam inopia frugum, hanc bellum multiplex excepit. Hostes novi, praeter Volscos, Circeiosque et Velitras colonias jam din molientes defectionem, et suspectum Latium, Lanuvini etiam, quae fidelissima urbs fuerat, subito exorti. De Praenestinorum quoque defectione eo anno primum fama exorta. *L. VI. 21.*

Ad Velitras adversus maiora paene auxilia Praenestinorum, quam ipsam colonorum multitudinem, secundo proelio pugnatum est. Oppidi oppugnatione tribuni abstinuere. — Ex senatusconsulto populique jussu bellum Praenestinis indictum, qui conjuncti Volscis anno insequente Satricum vi expugnaverunt. *L. VI. 22.*

Camillus quattuor legionibus quaternum millium scriptis, exercitu indicto ad Portam Esquilinam in posterum diem ad Satricum profectus. — Magna pars Volscorum et in ipso certamine et post in fuga caesi: ceteri in castris, quae capta eodem impetu sunt; plures tamen capti, quam occisi. *L. VI. 24.*

Duces Praenestinorum ad portam Collinam signa intulere. T. Quinctius Cincinnatus Dictator creatus.

Interim hostes haud procul Allia flumine castra ponunt. Sed primo impetu Romanorum terga vertunt. T. Quintius semel acie victor, binis castris hostium, novem oppidis vi captis, Praeneste in deditionem accepto, Romam revertit.

Cum Volscis male pugnatum. Ab ducibus utrobique proditae temeritate atque inscitia res. Quidquid superfuit fortunae populi Romani, id militum etiam sine rectore stabilis virtus tutata est. — Eodem anno Setiam,

www.dacoromanica.ro

376	377	M. Albinius. L. Antistius.
377	376	Sp. Furius Medullinus. Q. Servilius Priscus Fidenas II. Q. Licinius Calvus. P. Cloelius Siculus. M. Horatius Pulvillus. L. Geganus Macerinus.
378	375	L. Aemilius Mamercinus V. Serv. Sulpicius Praetextatus II. P. Valerius Poblicola IV. L. Quinctius Cincinnatus II. C. Veturius Crassus Cicurinus. C. Quinctius Cincinnatus.
379	374	*Duo tribuni plebis per quinquennium refecti.* L. Sextius Sextinus Lateranus. L. Licinius Calvus Stolo.
380	373	L. Sextius Sextinus Lateranus II. L. Licinius Calvus Stolo II.
381	372	L. Sextius Sextinus Lateranus III. L. Licinius Calvus Stolo III.
382	371	L. Sextius Sextinus Lateranus IV. L. Licinius Calvus Stolo IV.
383	370	L. Sextius Sextinus Lateranus V. L. Licinius Calvus Stolo V.
384	369	*Tribuni militum cons. potestate.* L. Furius Medullinus II. P. Valerius Potitus Poplicola V. A. Manlius Capitolinus IV. Serv. Sulpicius Praetextatus III. C. Valerius Potitus. Serv. Cornelius Maluginensis VI.

www.dacoromanica.ro

ipsis querentibus penuriam hominum. novi coloni ascripti. *Livii VI. 30.*

Conditiones impositae Patribus, nequis quoad bellatum esset, tributum daret, aut jus de pecunia credita diceret. — Exercitus Romanus Volseorum agros vastat, et praeda onustus in nrbem redit.—Parvo intervallo ad respirandum debitoribus dato, celebrari de integro jurisdictio. *L. VI. 32.*

Volsci Latinique ad Satricum fusi, Antium petunt. Antiates, incommodis arbitris salutarium consiliorum remotis, nrbes agrosque Romanis dedunt. Latini relicto Antio Satricum igne concremant, deinde in Tusculum arma vertunt. Oppidani iu arcem refugiunt. Romani ad unum omnes Latinos caedunt.

C. Licinius et L. Sextius tribuni plebis promulgavere leges : unam de aere alieno, ut deducto eo de capite, quod usuris pernumeratum esset, id quod superesset triennio aequis portionibus persolveretur; alteram de modo agrorum, nequis plus quingenta jugera agri possideret; tertiam ne tribunorum militum comitia fierent, consulumque ntique alter ex plebe crearetur. — Comitia praeter aedilium, tribunorumqne plebis, nulla sunt habita. Licinius Sextiusque tribuni plebis refecti, nullos curules magistratus creari passi sunt : eaque magistratuum solitudo per quinquennium urbem tenuit. *Livii VI. 35.*

Veliterni coloni gestientes otio, quod nullus exercitus Romanus esset, et agrum Romanum aliquotiens incursavere, et Tusculum oppugnare adorti sunt. Tribuni militum non ab Tusculo modo summovere hostem, sed intra suamet ipsum moenia compulere. — Nec tamen Velitrae expugnari potuere. *L. VI. 36.*

www.dacoromanica.ro

385	368	Q. Servilius Priscus Fidenas III. M. Cornelius Maluginensis. C. Veturius Crassus Cicurinus II. Q. Quinctius Cincinnatus. A. Cornelius Cossus. M. Fabius Ambustus.
386	367	L. Quinctius Capitolinus. Sp. Servilius Structus. Serv. Cornelius Maluginensis VII. L. Papirius Crassus. Serv. Sulpicius Praetextatus IV. L. Veturius Crassus Cicurinus. M. Furius Camillus *Dictator IV.* L. Aemilius Mamercinus *Mag. equitum quibus abdicantibus creati sunt*: P. Manlius Capitolinus *Dictator.* C. Licinius Calvus *Mag. equitum.*
387	366	*Tribuni militum cons. potestate*: A. Cornelius Cossus II. L. Veturius Crassus Cicurinus II. M. Cornelius Maluginensis II. P. Valerius Potitus Poblicola VI. M. Geganius Macerinus. P. Manlius Capitolinus II. M. Furius Camillus *Dictator V.*
388	365	*Consules*: L. Aemilius Mamercinus *patricius.* L. Sextius Sextinus Lateranus *de plebe.*
389	364	L. Genucius Aventinensis *de plebe.* Q. Servilius Ahala *patricius.*
390	363	C. Sulpicius Peticus *patricius.* C. Licinius Calvus Stolo *de plebe.*
391	362	L. Aemilius Mamercinus II *patricius.* Cn. Genucius Aventinensis *de plebe.*

www.dacoromanica.ro

Praeter Sextium Liciniumque latores legum, jam octavum tribunos plebis refectos, Fabius quoque tribunus militum, Stolonis socer, quarum legum auctor fuerat, earum suasorem se haud dubium ferebat. Tribuni pl. novam rugationem promulgant, ut pro duumviris sacris faciundis decemviri crearentur, ita ut pars ex plebe, pars ex patribus fiat. *36.*

Principio statim anni ad ultimam dimicationem de legibus ventum. Dicitur Dictator M. Furius Camillus, qui magistrum equitum L. Aemilium cooptat. Legum quoque latores adversus tantum apparatum adversariorum et ipsi causam plebis ingentibus animis aimant: concilioque plebis indicto tribus ad suffragium vocant. M. Furius Camillus magistratu se abdicat, cui extemplo suffectus P. Manlius, qui rem in causum plebis inclinavit, C. Licinio, qui tribunus militum fuerat, magistro equitum de plebe dicto.

Refecti decimum iidem tribuni plebis Sextius et Licinius de decemviris sacrorum ex parte de plebe creandis legem pertulere. *42.*

Fama repens belli Gallici allata perpulit civitatem, ut M. Furius Dictator diceretur. Bellatum cum Gallis circa Anienem flumen. Multa millia barbarorum in acie, multa captis castris caesa. — Domi rogationes tribuniciae acceptae, et comitia consulum adversa nobilitate habita, quibus L. Sextius de plebe primus consul factus *42.*

Praetura et Aedilitas curulis.
Praetor Sp. Furius M. f. Camillus.

Pestilentia ingens orta. Moritur M. Furius Camillus secundus a Romulo conditor urbis Romanae.

Ludi scenici instituti. Histriones ex Etruria acciti.— (Fescenninae Atellanae). *Livii VII. 2.*

Lex vetusta est, priscis litteris verbisque scripta, ut qui praetor maximus sit, Idibus Septembribus clavum

www.dacoromanica.ro

391	362	L. Manlius Capitolinus Imperiosus *Dictator.* L. Pinarius Natta, *Magister Equitum.*
392	361	L. Servilius Ahala II, *patricius.* L. Genucius Aventinensis II *de plebe.* Ap. Claudius Crassus *Dictator.* P. Cornelius Scapula *Mag. Equitum.*
393	360	L. Licinius Calvus Stolo II *de plebe.* C. Sulpicius Peticus II *patricius.* T. Quinct. Capitol. Pennus Crispinus *Dictator.* Sex. Cornelius Maluginensis *Mag. Equitum.*
394	359	M. Fabius Ambustus *patricius.* C. Poetelius Libo Volusus Visolus Balbus. Q. Servilius Ahala *Dictator.* T. Quinct. Pennus Capitol. Crispinus *M. Equit.*
395	358	M. Popillius Laenas. Cn. Manlius Capitolinus Imperiosus.
396	357	C. Fabius Ambustus. C. Plautius Proculus. C. Sulpicius Peticus *Dictator.* M. Valerius Poblicola *Mag. Equitum.*
397	356	C. Marcius Rutilus. Cn. Manlius Capitolinus Imperiosus.
398	355	M. Fabius Ambustus II. M. Popillius Laenas II. C. Marcius Rutilus *de plebe Dictator.* C. Plautius Proculus *Mag. Equitum.*
399	354	C. Sulpicius Peticus III. M. Valerius Poblicola.
400	353	M. Fabius Ambustus III. T. Quinct. Pennus Capitol. Crispinus.
401	352	C. Sulpicius Peticus IV. M. Valerius Poblicola II.

www.dacoromanica.ro

pangat. Fixa fuit dextro lateri aedis Jovis O. M. ex qua parte Minervae templum est. *Livii VI. 3.*

M. Curtius, diis Manibus se devovit, et equo insidens armatus in specum in medio foro apertum se immisit. Cum Hernicis bellatum. Nec Romanis incruenta victoria fuit: quarta pars militum amissa. *8.*

Romani Ferentinum urbem Hernicorum capiunt, revertentibus inde iis Tiburtes portas claudunt. *9.*

T. Manlius pugnâ singulari Gallum ingentis magnitudinis occidit, eique torquem detraxit, unde Torquatus dictus.

Foedae populationes in Lavicano, Tusculanoque et Albano agro, haud dubie Tiburtibus ducibus, a Gallis factae. Pugnatum cum Gallis haud procul porta Collina est totius viribus urbis, in consectu parentum, conjugumque ac liberorum.

Tiburtes ab urbe repulsi. Tarquinienses populabundi fines Romanos peragraverunt. *12.*

Pax Latinis data, et magna vis militum ab iis ex foedere vetusto accepta. Pomptina et Publilia trib. Contra Gallos prospere pugnatum sub dictatore, incaute autem adversus Tarquinienses sub Cos. Fabio.

Lex Duilia Maenia de unciario tantum foenore accipiendo. — C. Licinius Stolo damnatus sua lege.

Tiburtes, Falisci et Tarquinienses fusi.

Concitatur deinde omne nomen Etruscum, et ad Salinas perveniunt. Rutilus Dictator octo millibus hostium captis, caeteris aut caesis aut fugatis, sine auctoritate patrum, populi jussu triumphavit. *L. VII. 17.*

Empulum ex Tiburtibus captum. *L. VII. 18.*

Cum Tiburtibus ad deditionem pugnatum. In Tarquinienses acerbe saevitum Samnites in societatem accepti.

Adversus Caerites Tarquiniensibus adjunctos dictator creatur. Illi autem legatos ad petendam erroris veniam

www.dacoromanica.ro

401	352	T. Manlius Imperiosus Torquatus *Dictator.* A. Cornelius Cossus Arvina *M. Equitum.*
402	351	P. Valerius Poblicola. C. Marcius Rutilus II. L. Julius Julus *Dictator.* L. Aemilius Mamercinus *Mag. Equitum.*
403	350	C. Sulpicius Peticus V. T. Quinct. Cincinnatus Capitolinus. M. Fabius Ambustus *Dictator.* P. Cornelius Scipio *Mag. Equitum.*
404	349	M. Popillius Laenas III *de plebe.* L. Cornelius Scipio, *patricius.* L. Furius Camillus *Dictator.* P. Cornelius Scipio *Mag. Equitum.*
405	348	L. Furius Camillus. Appius Claudius Crassus Regillensis. T. Manlius Imperiosus Torquatus *Dictator.* A. Cornelius Cossus Arvina *Mag, Equit.*
406	347	M. Valerius Corvus *patricius.* M. Popillius Laenas IV *ds plebe.* C. Claudius Crassus Regillensis *Dictator.* C. Livius Denter *Magister Equitum.*
407	346	T. Manlius Imperiosus Tarquatus *patricius.* C. Plautius Venno *de plebe.*
408	345	M. Valerius Corvus II *patricius.* C. Poetelius Libo Visolus II *de plebe.*
409	344	M. Fabius Dorso. Serv. Sulpicius Camerinus. L. Furius Camerinus *Dictator.* Cn. Manlius Capitolinus Imperiosus *M. Equit.*
410	343	C. Marcius Rutilus *de plebe.* T. Manlius Imperiosus Torquatus II *patr.*

www.dacoromanica.ro

Romam mittunt. Itaque pax populo Caeriti data, et indutiae in centum annos factae.

Quinqueviri mensarii : C. Duilius, P. Decius Mus, M. Papirius, Q. Publilius, et Ti. Aemilius. *L. VII. 21.*

Terror inde vanus belli Etrusci, quum conjurasse duodecim populos fama esset, dictatorem dici coegit.

C. Marcius Rutilus primus de plebe Censor.

Lex Ovinia de Senatu curiatim legendo per Censores. Dictatorem quoque hic annus habuit nullo terrore belli, sed ne Licinia lex comitiis consularibus observaretur.

Scipione gravi morbo implicito, Gallicum bellum Popillio extra ordinem datum, qui insignem victoriam retulit. Moram triumpho vulnus consulis attulit; eademque causa dictatoris desiderium senatui fecit, ut esset, qui aegris consulibus comitia haberet.—Decem legiones scriptae quaternum millium et ducenorum peditum, equitumque trecenorum. Marcus Valerius Corvus singulari pugna Gallum occidit. Galli fugati Apuliam et mare superum petierunt. *VII. 26.*

Foedus II cum Poenis. — Romae pestilentia.

Eodem anno Satricum ab Antiatibus colonia deducta, restitutaque urbs, quam Latini diruerant. —

Graecia ea tempestate intestino fessa bello, jam Macedonum (Philippi II) opes horrebat. *VII. 26.*

Semiunciarium ex unciario fenus factum.

Volsci, ferocior ad rebellandum, quam ad bellandum gens, ad Satricum victi. Oppidum dirutum atque incensum.

Auruncum inde bellum ab repentina populatione coeptum. Prima acie debellatum est. Dictator aedem Junoni Monetae vovit Locus in arce destinatus, quae area aedium M. Manlii Capitolini fuerat. *VII. 28.*

Lapidibus pluit, et nox interdiu visa intendi : librisque inspectis, quum plena religione civitas esset, senatui

www.dacoromanica.ro

410	343	P. Valerius Poblicola *Dictator.* Q. Fabius Ambustus *Magister Equitum.*
411	342	M. Valerius Corvus III *patricius.* A. Cornelius Cossus Arvina *patricius.*
412	341	C. Marcius Rutilus IV *de plebe.* Q. Servilius Ahala *patricius.* M. Valerius Corvus *Dictator.* L. Aemilius Mamercinus *Mag. Equitum.*
413	340	C. Plantius Venno Hypsaeus *de plebe.* L. Aemilius Mamercinus.
414	339	T. Manlius Imperiosus Torquatus III. P. Decius Mus. L. Papirius Crassus *Dictator.* L. Papirius Cursor *Mag. Equitum.*
415	338	T. Aemilius Mamercinus. Q. Publilius Philo. Q. Publilius Philo *Dictator, de plebe.* D. Junius Brutus Scaeva *Mag. Equitum.*
416	337	L. Furius Camillus. C. Maenius.
417	336	C. Sulpicius Longus. P. Aelius Paetus. C. Claudius Crassus Regillensis *Dictator.* C. Claudius Hortator *Mag. Equitum.*
418	335	L. Papirius Crassus. Caeso Duilius.
419	334	M. Valerius Corvus IV. M. Atilius Regulus. L. Aemilius Mamercinus *Dictator.* Q. Publilius Philo *Magister Equitum.*
420	333	T. Veturius Calvinus. Sp. Postumius Albinus.

www.dacoromanica.ro

placuit dictatorem feriarum constituendarum causa dici. Judicia tristia in feneratores facta.

Bellum Samniticum.

P. Decius tribunus mil. exercitum Romanum servat.

Lex de magistratibus non repetendis intra decennium.

L. Genucius legem tulit ne fenerare liceret.

Seditio militaris ad Capuam per M. Valerium Corvum dictatorem, sine sanguinis effusione oppressa.

Plautius Volscos fudit. Aemilius ferro ignique agrum Sabellum vastavit. Latini Campanique defecerunt.

Latini pro foedere consulem alterum partemque senatus ex suis proponunt. T. Manlius filius a patre securi percussus.

P. Decius pro exercitu se devovit, (apud radices Vesuvii.)

Dictator advertus Antiates dicitur.

Latini, ob iram agri amissi rebellantes in campis Fenectanis fusi Leges: 1) ut plebiscita omnes Quirites tenerent; 2) ut Patres ante initum suffragium autores fierent legum, quae comitiis centuriatis ferrentur; 3) ut alter censor ex plebe crearetur.

Latium subactum Campanis civitas data sine suffragio. Rostra. — Q. Publilius Philo praetor primus de plebe.

Aurunci auxilium petunt. Interea urbs eorum a Sidicinis deleta. Ob ea infensus consulibus senatus, quorum cunctatione proditi socii essent, dictatorem dici jussit.

Philippus II Macedonum rex a Pausania occisus.

Ausonum et Sidicinorum exercitus fusus. *L. VIII. 16.*

Cales, Ausonum urbs, capta. Ambo consules adversus Sidicenos ducere exercitum jussi, Dictatorem ante comitiorum habendorum causa dixerunt.

Thebarum destructio. Alexander Macedo contra Persas.

Alexander Macedo traiicit Hellespontum. Pugna ad Granicum.

www.dacoromanica.ro

420	333	C. Cornelius Rufinus *Dictator*. M. Antonius *Magister Equitum.*
421	332	L. Papirius Cursor. C. Poetelius Libo Visolus.
422	331	A. Cornelius Cossus Arvina IV. Cn. Domitius Calvinus. M. Papirius Crassus *Dictator.* P. Valerius Poblicola *Mag. Equitum.*
423	330	M. Claudius Marcellinus. C. Valerius Potitus Flaccus. C. Quinctilius Varus *Dictator.* L. Valerius Potitus *Magister Equitum.*
424	329	L. Papirius Crassus II. L. Plautius Venno, *aliis* Venox.
425	328	L. Aemilius Mamercinus Rivernas II. C. Plautius Decianus.
426	327	C. Plautius Proculus Venno *s.* Venox. P. Cornetius Scapula.
427	326	L. Cornelius Lentulus. Q. Publilius Philo II. M. Claudius Marcellus *Dictator.* Sp. Postumius Albinus *Mag. Equitum.*
428	325	C. Poetelius Libo Visolus II. L. Papirius Mugillanus Cursor.
429	324	L. Furius Camillus II. D. Junius Brutus Scaeva. L. Papirius Cursor *Dictator.* Q. Fabius Maximus Rullianus *M. Equitum*
430	323	L. Papirius Cursor *Dictator.* L. Papirius Crassus *Magister Equitum.*
431	322	C. Sulpicius Longus II. Q. Aulius *s.* Aemilius Cerretanus.

www.dacoromanica.ro

Quia fama erat Samnium conciri ad bellum, dictator a consulibus ex auctoritate senatus dictus.

Pugna apud Issum. Sparta contra Macedones.
Sidicini victi.

Tyrus capta et destructa. Persae ex Aogypto pulsi.
Alexander Epirensis a Tarentinis vocatus pugnat cum Lucanis, Bruttiis et Samnitibus; cum Romanis pacem facit. — Maecia et Scaptia tribus additae.

Alexandria condita. Pugna ad Arbelam. Babylon capta, pariter Susae et Persepolis.
Romae centum septuaginta mulieres veneficii crimine damnatae. Dictator clavi figendi causa creatus.

Privernas bellum initum. Nondum perfunctos cura Privernatis belli, tumultus Gallici fama invasit.

Privernum captum. Vitruvius belli auctor necatus. Privernatibus civitas data. *Livii VIII. 21.*

Fregellas colonia deducta; et populo visceratio data a M. Flavio in funere matris. *L. VIII. 22.*

Palaepolitanis bellum indictum. Missus in eos Publilius. Cornelius Samnitibus oppositus.
L. Cornelio litterae missae, ut Dictatorem comitiorum causa diceret. *Livii VIII. 23.*

Q. Publilio, primo, et imperium prolatum, et pro consule decretus triumphus. — Plebs nexu liberata.

Bellum adversus Vestinos populus jussit.
L. Furius morbo implicitus dictatorem dixit.
Q. Fabius M. Eq. contra edictum dictatoris prospere adversus Samnites pugnavit.

Victis Somnitibus Dictator triumphans urbem est ingressus. *L. VIII. 37.* — Lysimachus rex.

Alexander Macedo moritur. Perdiccas distribuit satrapias. — Ptolemaeust. Soter.

www.dacoromanica.ro

432	321	Q. Fabius Maximus Rullianu. L. Fulvius Curvus. A. Cornelius Cossus Arvina *Dictator.* M. Fabius Ambustus *Mag. Equitum.*
433	320	T. Veturius Calvinus II. Sp. Postumius Albinus II. Q. Fabius Ambustus *Dictator.* P. Aelius Paetus *Magister Equitum.* *quibus abdicantibus suffecti sunt:* M. Aemilius Papus *Dictator.* L. Valerius Flaccus *Mag. Equitum.*
434	319	L. Papirius Cursor II. Q. Publilius Philo III. C. Maenius *Dictator.* M. Foslius Flaccinator· *Mag. Equitum.* *quibus abdicantibus snffecti sunt:* C. Cornelius Lentulus *Dictator.* L. Papirius Cursor *Magister Equitum.* *quibus abdicantibus subrogati sunt:* T. Manlius Imperiosus Torquatus *Dict. III.* L. Papirius Crassus *Magister Equitum.*
435	318	L. Papirius Cursor III. Q. Aulius Cerretanus II.
436	317	M. Foslius Flaccinator. L. Plautius Venno.
437	316	Q. Aemilius Barbula. C. Junius Bubulcus Brutus.
438	315	Sp. Nautius Rutilus. M. Popill.us Laenas. L. Aemilius Mamercinus Privernas *Dictator.* L. Furius Curvus *Magister Equitum.*
439	314	L. Pupirius Cursor IV. Q. Publilius Philo IV.

www.dacoromanica.ro

Samnites atrocissimo proelio caesi, inter quos et ipse imperator cecidit.

Hoc bellum a consulibus bellatum, quidam auctores sunt, eosque de Samnitibus triumplasse. *L. VIII. 40.*

Apud Caudinas Furcas exercitus Romanus undique a Samnitibus clausus, sub jugum missus

Samnites eo anno imperatorem C. Pontium, Herennii filium, habuerunt, patre longe prudentissimo natum, primum ipsum bellatorem ducemque. — Ofilius Calavius Ovii filius, clarus genere factisque inter Samnites. *Livii IX. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7.*

Papirius in Apuliam ad Luceriam pergit. Publilius in Samnio substitit adversus Caudinas legiones.

Hostes fusi Apuliam dissipati petiere, ubi denuo victi caesique. Qui Luceriae in praesidio erant fame coacti arma posuerunt et sub jugum mitti passi sunt. — Sed ambigitur, Luciusne Cornelius dictator cum L. Papirio Cursore, magistro equitum eas res ad Caudium, atque inde ad Luceriam gesserit; an consulum, Papiriique praecipuum id decus sit. *Livii IX. 15.*

Aulius cum Forentanis debellavit. Pari fortuna consulum alter cum Satricanis. *Livii IX. 16.*

Samnitibus indutiae biennii datae. Teanenses Canusinique dediti. Tribus Ufentina ac Falerina.

Junius Forento valido oppido potitus, Aemilius Nerulum vi cepit. *Livii IX. 20.*

Consules Romae manserunt. Dictator cum magistro equitum Saticulam oppugnare adortus, rebellandi causam Samnitibus dedit. Samnites spe abiecta Saticulae tuendae Plistiam circumsidunt.

Consules Romae manserunt. Dictator ad Saticulam cum supplemento venit, urbemque oppugnare coepit.

www.dacoromanica.ro

439	314	Q. Fabius Maximus Rullianus *Dictator.* Q. Aulius Cerretanus *Mag. Equitum.* *cui occiso in proelio suffectus est:* C. Fabius Ambustus *Mag. Equitum.*
440	313	M. Poetelius Libo. C. Sulpicius Longus III. C. Maenius *Dictator II.* M. Foslius Flaccinator *Mag. Equitum II.*
441	312	L. Papirius Cursor V. C. Junius Bubulcus Brutus II. C. Poetelius Libo Visolus *Dictator.* M. Poetelius Libo *Magister Equitum.*
442	311	M. Valerius Maximus. P. Decius Mus. C. Sulpicius Longus *Dictator.* C. Junius Bubulcus Brutus *M. Equitum.*
443	310	C. Junius Bubulcus Brutus III. Q Aemilius Barbula II.
444	309	Q. Fabius Maximus Rullianus II. C. Marcius Rutilus *dictus* Censorinus.
445	308	L. Papirius Cursor *Dictator.* C. Junius Bubulcus Brutus *M. Equitum.*
446	307	P. Decius Mus II. Q. Fabius Maximus Rullianus III.
447	306	Ap. Claudius Ceecus *patricius.* L. Volumnius Flamma Violens *de plebe.*
448	305	Q. Marcius Tremulus. P. Cornelius Arvina. P. Cornelius Scipio Barbatus *Dictator.* P. Decius Mus *Magister Equitum.*
449	304	L. Postumius Megellus. T. Minucius Augurinus,

www.dacoromanica.ro

Aulius castris erumpit et Samnitium imperatorem caedit, attamen ipse a Samnite trucidatur. Mutata inde belli sedes est: ad Soram ex Samnio Apuliaque traductae legiones.

Ausonum gens proditione urbium, sicut Sora, in Romanorum potestatem venit, ast Luceria Samnitium facta. Proelio inito caesi captique Somnites, nisi qui Maleventum, cui nunc Beneventum nomen, perfugerunt.

Nola capta, pariter Atina et Calatia. Suessa et Pontiae coloniae deductae. Et Interamna et Casinum, ut deducerentur coloniae senatus consultum factum est. *Livii IX. 28.*

Etrusci belli fama exorta.
Ap. Claudius et C. Plautius Censores.
Appius viam munivit et aquam in urbem duxit.
Plautius ob pravam senatus lectionem, abdicavit.

Lata lex: ut 16 tribuni mil. in 4 legiones a populo, crearentur, item duodecimviri navales. *L. IX. 30.*

Bellum Etruscum et Samniticum. Fabius Ciminiam silvam penetrat, et ubicumque Etruscos fundit.

Dictator ad Longulam pervenit, Samnites cruento proelio vicit.—Etrusci a Fabio caesi.

Marsi et Peligni defecerunt. Bellum Umbricum.
Terror Romae. Commissa pugnâ Umbri dediti.

Viae per agros impensis publicis primum factae.
Pugna ad urbem Allifas cum Samnitibus.

Foedus III cum Poenis. — Hernici bellum populo Romano indixerunt. Missus adversus eos Q. Marcius. In Somnio quoque novi motus.
Cornelius Samnites, Marcius Hernicos domuit.

Adversus Samnites fortiter pugnatum. Imperator Samnitium Statius Gellius captus.

www.dacoromanica.ro

449	304	*cui occiso in proelio suffectus est:* M. Fulvius Curvus Paetinus.
450	303	P. Sulpicius Saverrio. P. Sempronius Sophus.
451	302	Sex. Cornelius Lentulus. L. Genucius Aventinensis.
452	301	M. Livius Denter. M. Aemilius Paullus. C. Junius Bubulcus Brutus *Dictator.* M. Titinius *Magister Equitum.*
453	300	Q. Fabius Maximus Rullianus *Dictator II.* M. Aemilius Paullus *Magister Equitum.* *Post primos sex menses creati sunt:* M. Valerius Corvus *Dictator II.* P. Sempronius Sophus *Mag. Equitum.*
454	299	M. Appuleius Pansa. M. Valerius Corvus *s.* Corvinus.
455	298	M. Fulvius Paetinus. T. Manlius Torquatus. *cui mortuo suffectus est:* M. Valerius Corvus VI.
456	297	L. Cornelius Scipio. Cn. Fulvius Centumalus.
457	296	Q. Fabius Maximus Rullianus IV. P. Decius Mus III.
458	295	L. Volumnius Flamma Violens II. Ap. Claudius Caecus II.
459	294	Q. Fabius Maximus Rullianus V. P. Decius Mus IV.
460	293	L. Postumius Megellus. M. Atilius Regulus.

www.dacoromanica.ro

Sora, Arpinum, Censennia recepta a Samnitibus. — Herculis magnum simulacrum in Capitolio.

Cn. Flavius cum ingenti patriciorum indignatione publicat fastos. — Foedus cum Samnitibus.

Soram atque Albam coloniae deductae. In Umbria in spelunca quadam 2000 armatorum absumta.

Bellum Aequicum redintegratum. Junius Dictator primo congressu Aequos subegit, die octavo, cum triumphans in urbem redisset, aedem salutis, quam consul voverat, censor locaverat, dictator dedicavit.

Cleonymus Lacedaemoniorum dux armata classe littora Italiae a Thuriis ad Venetos legit, sed nulla regione maris Adriatici prospere adita, discessit. *L. X. 2.*

Foedus cum Vestinis. Carseoli colonia. Marsi fusi.

Etruria pacata. Cilnium genus in gratia cum plebe.

Valeria lex de provocatione tertium renovata.

Octo pontifices, novem augures, quinque de plebe.

Tribus additae duae, Aniensis et Terentina.

Nequinum in ditionem populi Romani venit. Colonia eo adversus Umbros missa, a flumine Narnia appellata. Etrusci quieti. Samnites arma parant.

Curia lex de magistratuum comitiis.

Fulvius Bovianum, deinde Aufidenam vi cepit.

Cum Samnitibus ad Tifernum pugnatum.

Samnium vastatum. Fabius urbem Cimetram cepit.

Decius in Samnio Murgantiam, Romuleam, Ferentinum cepit ac diriuit. Samnites Etruscis juncti.

Quum adversus Etruscos, Umbros, Samnites, Gallos pugnaretur, P. Decius devovit se pro exercitu. *Livii X.*

In Somnio varia fortuna pugnatum. — Etruriae capita, Volsinii, Perusia, Arretium pacem petiere.

www.dacoromanica.ro

461	292	L. Papirius Cursor. Sp. Carvilius Maximus.
462	291	Q. Fabius Maximus Gurges. D. Junius Brutus Scaeva.
463	290	L. Postumius Megellus III. C. Junius Brutus Bubulcus.
464	289	P. Cornelius Rufinus. M. Curius Dentatus.
465	288	M. Valerius Maximus Corvinus. Q. Caedicius Noctua.
466	287	Q. Marcius Tremulus II. P. Cornelius Arvina II.
467	286	M. Claudius Marcellus. C. Nautius Rutilus.
468	285	M. Valerius Maximus Potitus. C. Aelius Paetus. Q. Hortensius *Dictator, cui mortuo suffectus.* C. Fabius Maximus Rullianus *Dictator II.* L. Volumnius Flamma Violens *M. Equitum.*
469	284	C. Claudius Canina. M. Aemilius Lepidus.
470	283	C. Servilius Tucca. L. Caecilius Metellus Dexter.
471	282	P. Cornelius Dolabella Maximus. C. Domitius Calvinus.
472	281	C. Fabricius Luscinus. Q. Aemilius Papus.
473	280	L. Aemilius Barbula. Q. Marcius Philippus.
474	279	P. Valerius Laevinus. Tib. Coruncanius.

www.dacoromanica.ro

T. Coruncanus Ictus primum jus Romae profiteri coepit. Samnites bis victi, urbes eorum dirutae.

Samnites victi, C. Pontius captus Romam in triumpho ductus, securi percussus.

Colonia Venusia ducta. — Aedes Aesculapio consecrata in insula Tiberis, quo anguis e nave egressus erat.

Curius Dentatus Samnitibus caesis, et Sabinis victis, bis in eodem magistratu triumphavit. Pax cum Samnibus.

L. Papirius legem de treviris capitalibus quotannis a Praetore creandis tulit. — Censa civium capita 272,000.

Lex Hortensia, qua plebiscita legibus aequantur.
Theophrastus philosophus moritur.

Athenienses Demetrium Poliorcetem ex urbe pellunt.
Hermesianax poeta floret.

Plebs propter aes alienum post graves et longas seditiones ad ultimum secessit in Janiculum, unde a Q. Hortensio dictatore deducta est; isque in ipso magistratu decessit. *Livii* XI.

Pyrrhus a Lysimacho pulsus.

Bellum adversus Vulsinienses, item adversus Lucanos, contra quos auxilium Thurinis ferre placuerat.-Archimedes.

Censores Fabius Luscinus et Aemilius Papus.
Foedus Aetolicum in Graecia.

Galli apud lacum Vadimonem a Dolabella victi.
Sena colonia Romana.

Quum a Tarentinis classis Romana direpta esset, et legati ad eos missi, pulsi, ob id bellum iis indictum.

Bellum Tarentinum. — Pyrrhus Epirotarum rex, ut auxilium ferret Tarentinis in Italiam venit.

Pugna ad Pandosiam. C. Fabricius apud Pyrrhum, Cineas Romae de pace componenda agunt.

www.dacoromanica.ro

475	278	P. Sulpicius Saverrio. P. Decius Mus.
476	277	C. Fabricius Luscinus II. Q. Aemilius Papus.
477	276	P. Cornelius Rufinus. C. Junius Brutus Bubulcus II.
478	275	Q. Fabius Maximus Gurges II. C. Genucius Clespina.
479	274	M. Curius Dentatus II. L. Cornelius Lentulus Caudinus.
480	273	M. Curius Dentatus. Serv. Cornelius Merenda.
481	272	C. Fabius Dorso Licinus. C. Claudius Canina II.
482	271	L. Papirius Cursor II. Sp. Calvisius Maximus II.
483	270	C. Quinctius Claudius. L. Genucius Clespina.
484	269	C. Genucius Clespina II. Cn. Cornelius Blasio.
485	268	Q. Ogulnius Gallus. C. Fabius Pictor.
486	267	P. Sempronius Sophus. Ap. Claudius Crassus Rufus.
487	266	M. Atilius Regulus. L. Julius Libo.
488	265	Num. Fabius Pictor. D. Junius Pera.
489	264	Q. Fabius Maximus Gurges III. L. Mamilius Vitulus.

www.dacoromanica.ro

Pugna ad Asculum dubio eventu.
Domitius censor primus ex plebe. Censa civ. cap. 278,222.

Foedus IV cum Poenis. — Contra Etruscos, Lucanos, Bruttios, et Samnites prospere pugnatum.

Pyrrhus in Siciliam traiicit, et omni fere insula potitur. Aratus floret.

Quum inter alia prodigia fulmine deiectum esset in Capitolio Jovis signum, caput eius per haruspices inventum.

Curius Dentatus Pyrrhum iterum ex Siciliam in Italiam reversum vicit, et Italia expulit. *L. XIV.*

Fabricius censor P. Cornelium Rufinum consularem senatu movit, quod is decem pondo argenti facti haberet.

Cum Ptolemaeo Aegypti rege societas juncta est. Coloniae deductae Cosa et Posidonia (Paestum.)

Victis Tarentinis pax et libertas data est.
Pyrrhus Argis occisus.

Legio Compana, quae Rhegium occupaverat, obsessa, deditione facta, securi percussa est.

Umbri et Salentini victi in deditionem accepti sunt. Quaestorum numerus ampliatus, ut octo essent.

Argentum Romae signatum est. Plin. XXXIII. 3.
Hiero II rex Syracusarum.

Picentibus victis pax data. Coloniae deductae Ariminium in Piceno, Beneventum in Samnio.

Clientes Vulsiniis dominantes devicti.
Philinus et Serapion florent.

Universa Italia inferior domita.
Manetho et Berosus florent.

Tilia lex de provinciis quaestoriis.
Mamertinis ferendum auxilium censuit senatus.

www.dacoromanica.ro

490	263	Ap. Claudius Caudex. M. Fulvius Flaccus.
491	262	M. Valerius Maximus Messala. M. Otacilius Crassus. Cn. Fabius Maximus Centumanus *Dictator.* Q. Marcius Philippus *Mag. Equitum.*
492	261	L. Postumius Megellus. Q. Mamilius Vitulus.
493	260	L. Valerius Flaccus. T. Otacilius Crassus.
494	259	Cn. Cornelius Scipio Asina. C. Duilius.
495	258	L. Cornelius Scipio. C. Aquilius Florus.
496	257	A. Atilius Calatinus. Q. Sulpicius Paterculus.
497	256	C. Atilius Regulus Serranus. Cn. Cornelius Blasio II. Q. Ogulnius Gallus *Dictator.* M. Laetarius Plancianus *Mag. Equitum.*
498	255	L. Manlius Vulso Longus. Q. Caedicius, *cui mortuo suffectus* M. Atilius Regulus II.
499	254	Serv. Fulvius Paetinus Nobilior. M. Aemilius Paullus.
500	253	Cn. Cornelius Scipio Asina II. A. Atilius Calatinus II.
501	252	Cn. Servilius Caepio. Cn. Sempronius Blaesus.
502	251	C. Aurelius Cotta. P. Servilius Geminus.

www.dacoromanica.ro

Bellum Punicum primum. — Transgressis tum primum mare equitibus Romanis, adversus Hieronem saepius bene pugnatum. Petenti pax data.

Lustrum a censoribus conditum. Censa civium capita 282.234. — D. Junius Brutus munus gladiatorium in honorem defuncti patris edidit primus.

Hannibal, Gisconis filius, pugna salvus evadit, Hanno caeditur. Romani Agrigentum capiunt.

Carthaginienses Italiae littora infestant.
Colonia Aeserina deducta.

C. Duilius primus omnium Romanorum ducum navalis victoriae duxit triumphum. Columna rostrata.

L. Cornelius in Sardinia et Corsica contra Hannonem Poenorum ducem feliciter pugnavit.

M. Calpurnius cum trecentis militibus eruptione facta, exercitum Romanum a Poenis circumsessum liberavit.

Atilius Regulus victis navali proelio Poenis (ad Ecnonum) in Africam traiecit, ubi serpentem portentosae magnitudinis cum magna militum clade occidit; et quum aliquot proeliis bene adversus Carthaginienses pugnasset, successorque ei a senatu prospere bellum gerenti non mitteretur, id ipsum per litteras questus est. Arcessito deinde a Carthaginiensibus Xantippo Lacedaemoniornm duce, victus proelio et captus est. *Livii epitome libri. XVIII.*

Romani urbem Panormum in Sicilia capiunt.

Res deinde a ducibus Romanis terra marique prospere gestas deformaverunt naufragia classium.

Tib. Coruncanius primus ex plebe pontifex maximus creatus est. — P. Sempronius, M'. Valerius Censores.

www.dacoromanica.ro

503	250	L. Caecilius Metellus. C. Furius Pacilus.
504	249	C. Atilius Regulus II. L. Manlius Vulso II.
505	248	P. Claudius Pulcher. L. Junius Pullus. M. Claudius Glicia *Dictator*, *cui abdicare coacto suffectus est*: A. Atilius Calatinus *Dictator*, L. Caecilius Metellus *Mag. Equitum.*
506	247	C. Aurelius Cotta II. P. Servilius Geminus II.
507	246	L. Caecilius Metellus II. Num. Fabius Buteo.
508	245	M. Otacilius Crassus II. M. Fabius Licinus. Tib. Coruncanius *Dictator de plebe.* M. Fulvius Flaccus *Mag. Equitum.*
509	244	M. Fabius Buteo. C. Atilius Balbus.
510	243	A. Manlius Torquatus Atticus. C. Sempronius Blaesus II.
511	242	C. Fundanius Fundulus. C. Sulpicius Gallus.
512	241	C. Lutatius Catulus. A. Postumius Albinus.
513	240	A. Manlius Torquatus Atticus II. Q. Lutatius Cereo.
514	239	C. Claudius Centho. M. Sempronius Tuditanus.
515	238	C. Mamilius Turinus. Q. Valerius Falto.

www.dacoromanica.ro

Regulus missus a Carthaginiensibus ad senatum, ut de captivis redimendis ageret.

Metellus ad Panormum Poenos ingente clade affecit. Lylibaeum oppugnatum.

Claudius Pulcher, contra auspicia profectus, infeliciter adversus Carthaginienses classe pugnavit.

Et revocatus a senatu, jussusque dictatorem dicere, Claudium Gliciam dixit, sortis ultimae hominem.

Atilius Calatinus primus dictator exercitum extra Italiam duxit.

Cum Poenis captivorum commutatio facta est. Coloniae deductae sunt Fregenae, in agro Sallentino Brundisium.

Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita 251,222. *L. XIX.*

Duo praetores tum primum creati sunt.

Claudia, soror P. Claudii, quum turba premeretur a ludis revertens, dixit : Utinam frater meus viveret, iterumque classem duceret. Ideo mulcta ei dicta.

Pugna navalis ad Aegimurum.

Hamilcar urbe Eryce in Sicilia potitur.

Falisci victi. — Rebus adversus Poenos a pluribus ducibus prospere gestis, summam victoriae C. Lutatius consul, victa ad Aegates insulas classe Poenorum, imposuit. Petentibus Carthaginiensibus pax data est.

Quum templum Vestae arderet Caecilius Metellus pontifex maximus ex incendio sacra rapuit.

Duae tribus adiectae sunt. Velina et Quirina.—Livius Andronicus floret.

Falisci cum rebellassent, sexto die perdomiti, in deditionem venerunt. — Ennius natus.

www.dacoromanica.ro

516	237	Tib. Sempronius Gracchus. P. Valerius Falto.
517	236	L. Cornelius Lentulus Caudinus. Q. Fulvius Flaccus.
518	235	P. Cornelius Lentulus Caudinus. C. Licinius Varus.
519	234	T. Manlius Torquatus. C. Atilius Bulbus II.
520	233	L. Postumius Albinus. Sp. Corvilius Maximus Ruga.
521	232	Q. Fabius Maximus Verrucosus. M. Pomponius Matho.
522	231	M. Aemilius Lepidus. M. Publicius Malleolus.
523	230	M. Pomponius Matho II. C. Papirius Maso. C. Duilius *Dictator.* C. Aurelius Cotta *Magister Equitum.*
524	229	M. Aemilius Barbula. M. Junius Pera.
525	228	L. Postumius Albinus II. Cn. Fulvius Centumalus.
526	227	Sp. Carvilius Maximus Ruga II. Q. Fabius Maximus Verrucosus II.
527	226	P. Valerius Flaccus. M. Atilius Regulus.
528	225	M. Valerius Messala. L. Apustius Fullo.
529	224	L. Aemilius Papus. C. Atilius Regulus.

www.dacoromanica.ro

Spoletum colonia deducta.
Adversus Ligures tunc primum exercitus promotus est.

Sardi et Corsi quum rebellassent subacti sunt.
Hamilcar in Hispaniam traiicit.

Eratosthenes et Apollonius Rhodius florent.

Janus clausus. — Sardinia provincia Romana.
Cn. Naevius, T. Coruncanius, M Porcius Cato nati.

Galli Transalpini in Italiam irrumpunt.

Centumviri ac Decemviri litibus judicandis creati.
Fabius adversus Ligures missus.

C. Flaminius trib. plebis legem agrariam de Picente Gallicoque plebi viritim dividundo tulit.

Corsi a M. Pomponio consule domiti.

Tuccia virgo vestalis incesti damnata est, sed incertum quo anno, quoniam Livii liber XX perditus est.

Bellum Illyriis, propter unum ex legatis, qui ad eos missi erant, occisum, indictum.

Pax cum Teuta Illyriorum regina.
Mors Hamilcaris et pueritia Hannibalis distulerunt bellum.

Foedus cum Carthaginiensibus de Hispania.
Plautus natus. Hasdrubal octo annos imperat.

Praetorum numerus ampliatus, ut essent quattuor.
Eratosthenes bibliothecae Alexandrinae praepositus.

Galli Transalpini, qui in Italiam irruperant, a L. Aemilio consule ad Clusium caesi sunt.

www.dacoromanica.ro

530	223	T. Manlius Torquatus II. Q. Fulvius Flaccus II. L. Caecilius Metellus *Dictator.* Num. Fabius Buteo *Mag. Equitum.*
531	222	C. Flaminius. P. Furius Philus.
532	221	Cn. Cornelius Scipio Calvus. Claudius Marcellus.
533	220	P. Cornelius Scipio Asina. M. Minucius Rufus. Q. Fabius Maximus Verrucosus *Dictator.* C. Flaminius *Magister Equitum.* *quibus abdicare coactis creati sunt:* M. Aemilius Barbula *Dictator.* Q. Aelius Paetus *Mag. Equitum.*
534	219	L. Veturius Philo. C. Lutatius Catulus. *quibus abdicantibus suffecti sunt:* M. Aemilius Lepidus II. M. Valerius Laevinus.
535	218	M. Livius Salinator. L. Aemilius Paullus.
536	217	P. Cornelius Scipio. Tib. Sempronius Longus.
537	216	C. Flaminius II, *cui occiso in proelio suff.* M. Atilius Regulus II. Cn. Servilius Geminus. Q. Fabius Maximus Verrucosus *Dictator.* M. Minucius Rufus *Mag. Equitum.* *quibus suffecti sunt:* L. Veturius Philo *Dictator.* M'. Pomponius Matho *Mag. Equitum.*

www.dacoromanica.ro

Eo bello populus Romanus sui Latinique nominis trecenta millia armatorum habuisse dicitur.

Galli Boii penitus subacti.

Lex Papia de legitimis Senatus diebus.

Exercitibus Romanis tum primum trans Padum ductis Galli Insubres, aliquot proeliis fusi, in deditionem venerunt.

M. Claudius Marcellus occiso Viridomaro Gallorum duce spolia opima retulit. Istri subacti sunt.

Gallia cisalpina in provinciam Romanam redacta. Illyrii, quum rebellassent, domiti in deditiouem venerunt. — Lustrum a censoribus conditum.

Censa sunt civium capita 270,213. Libertini in quattuor tribus redacti sunt, quum antea dispersi per omnes fuissent : Esquilinam, Palatinam, Suburanam, Collinam. C. Flaminius censor viam Flaminiam munivit, et circum Flaminium exstruxit. Coloniae deductae in agro de Gallis capto, Placentia et Cremona. *Livii XX.*

Demetrius Pharius Athenis pulsus.

Fabius Pictor floret.

Saguntum ab Hannibale captum.

Hannibal superatis Pyrenaeis per Gallias ad Alpes venit.

Bellum punicum secundum.

Pugna ad Ticinum, deinde ad Trebiam.

C. Flaminius consul ad lacum Trasimenum cum exercitu caesus. — Carneades natus.

Hannibal vastata Campania inter Casilinum oppidum et Calliculam montem a Fabio clausus, sarmentis ad cornua boum alligatis et incensis, praesidium Romanorum, quod Calliculam insidebat, fugavit.

His vitio creatis, jussisque die quarto decimo se magistratu abdicare, ad interregnum res rediit.

www.dacoromanica.ro

538	215	L. Aemilius Paullus II. C. Terentius Varro. M. Junius Pera *Dictator.* *cui absenti suffectus pro senatu legendo* Num. Fabius Buteo *Dictator.* Tib. Sempronius Gracchus *Mag. Equitum.*
539	214	L. Postumius Albinus III, *cui occiso suff.* M. Claudius Marcellus II, *cui abdicanti suff.* Q. Fabius Maximus Verrucosus III. Tib. Sempronius Gracchus.
540	213	Q. Fabius Maximus Verrucosus IV. M. Claudius Marcellus III.
541	212	Q. Fabius Maximus fil. Verrucosi. Tib. Sempronius Gracchus II. C. Claudius Centho *Dictator.* Q. Fulvius Flaccus *Mag. Equitum.*
542	211	Q. Fulvius Flaccus III. Appius Claudius Pulcher.
543	210	Cn. Fulvius Centumalus. P. Sulpicius Galba Maximus.
544	209	M. Valerius Laevinus II. M. Claudius Marcellus IV. Q. Fulvius Flaccus *Dictator.* P. Licinius Crassus Dives *Mag. Equitum.*
545	208	Q. Fabius Maximus Verrucosus V. Q. Fulvius Flaccus IV.
546	207	M. Claudius Marcellus V. T. Quinctius Crispinus. T. Manlius Torquatus *Dictator.* C. Servilius Pulex Geminus *M. Equitum.*
547	206	C. Claudius Nero. M. Livius Salinator II.

www.dacoromanica.ro

Cannensis pugna. Caesa Romanorum quadraginta quinque millia, cum Paullo consule et senatoribus octoginta, consularibus atque praetoriis aut aediliciis triginta. Capta tria millia peditum, et equites trecenti dicuntur.

Hannibal captivis pretium dictat, equiti quingenos quadrigatos nummos, trecenos pediti, servo centenos.

L. Postumius cum exercitu in Gallia deletus.

M. Marcello pro consule imperium esse populus jussit.

Circumacto tertio anno Punici belli, Tib. Sempronius consul Idibus Martiis magistratum iniit. *Livii* XXIII. *30.*

Tib. Sempronius prospere adversus Hannonem ad Beneventum pugnavit. Marcellus Syracusas obsedit. Bellum Mac.

M. Valerio Graecia Macedoniaque cum legione et classe quam haberet, datae, imperiumque prorogatum.

Cum Syphace Romanis juncta amicitia est. *L.* XXIV. *48.*

Aetoli a Romanis adjuti.

Syracusae a Marcello captae. Sicilia provincia Romana.

P. et Cn. Scipiones in Hispania caesi.

Hannibal ad tertium ab urbe lapidem super Anienem castra posuit; certamen tempestas diremit. *L.* XXVI.

P. Cornelius Scipio in Hispaniam profectus.

Universa Sicilia subacta. Foedus cum Aetolis.

SC. Ut consul priusquam ab urbe discederet, populum rogaret, quem dictatorem dici placeret, etc. *L.* XXVII. *5.*

Fabius Maximus Terentinos per proditionem recepit.

In Hispania ad Baeculam Scipio Hasdrubalem vicit.

Marcellus insidiis ab Hannibale circumventus, occisus est. Crispinus fugit. Hasdrubal cum exercitu novo Alpes transscendit, ut se Hannibali conjungeret. *L.* XXVII.

Claudius Nero Hannibalem ad Grumentum vicit.

Hasdrubal ad Metaurum flumen cum millibus hominum

www.dacoromanica.ro

547	206	M. Livius Salinator *Dictator.* Q. Caecilius Metellus *Mag. Equitum.*
548	205	Q. Caecilius Metellus. L. Veturius Philo.
549	204	P. Cornelius Scipio *postea* Africanus. P. Licinius Crassus Dives. Q. Caecilius Metellus *Dictator.* L. Veturius Philo *Mag. Equitum.*
550	203	M. Cornelius Cethegus. P. Sempronius Tuditanus.
551	202	Cn. Servilius Caepio. C. Servilius Geminus. P. Sulpicius Galba Maximus *Dictator.* M. Servilius Pulex Geminus *M. Equitum.*
552	201	Tib. Claudius Nero. M. Servilius Pulex Geminus. C. Servilius Geminus *Dictator.* P. Aelius Paetus *Mag. Equitum.*
553	200	Cn. Cornelius Lentulus. P. Aelius Paetus Catus.
554	199	P. Sulpicius Galba Maximus II. C. Aurelius Cotta.
555	198	L. Cornelius Lentulus. P. Villius Tappulus.
556	197	T. Quinctius Flamininus. Sex. Aelius Paetus Catus.
557	196	C. Cornelius Cethegus. Q. Minucius Rufus.
558	195	L Furius Purpureo. M. Claudius Marcellus.
559	194	M. Porcius Cato. L. Valerius Flaccus.

www.dacoromanica.ro

quinquaginta sex a consulibus M. Livio et C. Claudio caesus est. *L.* XX*VII.*

P. Scipio in Africam transvectus cum Syphace foedus junxit. Hispania usque ad Gades subacta.

P. Scipio Romam reversus consul creatus, ei Sicilia data, permissumque, ut in Africam traiiceret, si ex republica esse censeret.— Mago in Italiam traiecit.

Ennius cum Catone quaestore Romam venit.

P. Scipio pro consule in Africam traiecit, ibique hiemavit.

Cn. Naevius poeta Roma fugere debuit. M. C. Cethegus.

In Africa Scipio Syphacem et Hasdrúbalem pluribus proeliis vicit. Syphacem per C. Laelium et Masinissam cepit. Mago in agro Insubrium pugnans vulneratus, in Africam revertens vulnere mortuus. *L.* XXX.

Carthaginienses in desperationem acti in auxilium publicae salutis Hannibalem ex Italia revocant. Is tentata per colloquium cum Scipione pace, quum de conditionibus non convenisset, acie victus est ad Zamam.

Bellum Punicum II finitum. Pax data Carthaginiensibus. P. Corn. Scipio *Africanus triumphat.*

Bellum II Macedonicum adversus Philippum.

Bella adversus Hispanos incipiunt.

P. Villium, in Macedoniam quum venisset, atrox seditio militum excepit. *L.* XXX*II. 3.*

Quinctius Flamininus adversus Philippum feliciter pugnat in faucibus Epiri, et eum in regnum reverti cogit.

Sex jam Praetores facti. — Pugna ad Cynoscephalas.

Cornelius Cethegus Gallos Insubres proelio fundit.

Boii et Insubres Galli subacti.

Pax cum Philippo. Omnes Graeciae civitates liberae.

Hannibal ex Africa profugus ad Antiochum regem Syriae se contulit, bellum contra Romanos parantem.

www.dacoromanica.ro

560	193	P. Cornelius Scipio Africanus II. T. Sempronius Longus.
561	192	L. Cornelius Merula. Q. Minucius Thermus.
562	191	L. Quinctius Flaminius. Cn. Domitius Aenobarbus.
563	190	M. Acilius Glabrio. P. Cornelius Scipio Nasica.
564	189	L. Cornelius Scipio *postea* Asiaticus. C. Laelius.
565	188	Cn. Manlius Vulso. M. Fulvius Nobilior.
566	187	C. Livius Salinator. M. Valerius Messala.
567	186	M. Aemilius Lepidus. C. Flaminius.
568	185	Sp. Postumius Albinus. Q. Marcius Philippus.
569	184	Appius Claudius Pulcher. M. Sempronius Tuditanus.
570	183	P. Claudius Pulcher. L. Porcius Licinus.
571	182	Q. Fabius Labeo. M. Claudius Marcellus M. F. M. N.
572	181	L. Aemilius Paullus. Cn. Baebius Pamphilus.
573	180	P. Cornelius Cethegus. M. Baebius Pamphilus.
574	179	A. Postumius Albinus Luscus. C. Calpurnius Piso, *cui suffectus est* Q. Fulvius Flaccus.

www.dacoromanica.ro

M. Parcius Cato ex Hispania triumphat.
Cum Boiis et Insubribus varia fortuna pugnatum.

Masinissa a Romanis adjutus Carthaginienses affligit. Romani Liguribus inferunt arma.

Antiochus Syriae rex in Graeciam venit.
Terentius natus. — Eratosthenes mortuus.

Acilius Glabrio Antiochum apud Thermopylas victum Graecia expellit, idemque Aetolos subigit.

Pugna circa Magnesiam ad Sipylum cum Antiocho Syriae rege. *Livii XXXVII. 37 et seqq.*

Lex Terentia de civitate Romana.
Manlius suscipit bellum adversus Gallograecos.

Messalae Ligures, Salinatori obtigit Gallia.
Manlius proconsul foedus cum Antiocho pangit.

P. Scipio Africanus sponte in exiliumit.
Bellum cum Liguribus continuatur.

Senatusconsultum de bacchanalibus.
Cn. Manlius Vulso de Gallis, qui Asiam incolunt, triumph.

Nova negotia cum Philippo Macedonum rege.
Plautus moritur. A. Paetus Catus floret.

Hannibal ad Prusiam Bithyniae regem fugit.
M. Porcius Cato censor. Basilica Porcia.

Scipio Africanus moritur. Eodem anno etiam Hannibal.
Philopoemen a Messenils captus, veneno interficitur.

Masinissa iterum Carthaginiensibus provinciam adimit.
In Hispania varia proelia cum Celtiberis.

Libri Numae Pompilii in agro L. Petillii sub Janiculo a cultoribus agri in arca lapidea clausi, inventi sunt.

Villia lex annalis, quot annos nati quemque magistratum peterent caperentque.
Praetores quatuor ex lege Baebia creati sunt.

www.dacoromanica.ro

575	178	L. Manlius Acidinus Fulvianus. Q. Fulvius Flaccus.
576	177	M. Junius Brutus. A Manlius Vulso.
577	176	C. Claudius Pulcher. Tib. Sempronius Gracchus.
578	175	Cn. Cornelius Scipio Hispallus. *cui mortuo suffectus est* C. Valerius Laevinus. Q. Petillius Spurinus.
579	174	P. Mucius Scaevula. A. Aemilius Lepidus II.
580	173	Sp. Postumius Albinus Paullulus. Q. Minucius Scaevula.
581	172	L. Postumius Albinus. M. Popillius Laenas.
582	171	C. Popillius Laenas. P. Aelius Ligus.
583	170	P. Licinius Crassus. C. Cassius Longinus.
584	169	A. Hostilius Mancinus. A. Atilius Serranus.
585	168	Q. Marcius Philippus II. Cn. Servilius Caepio.
586	167	L. Aemilius Paullus II. C. Licinius Crassus.
587	166	Q. Aelius Paetus. M. Junius Pennus.
588	165	M. Claudius Marcellus. C. Sulpicius Gallus.

www.dacoromanica.ro

Perseus rex Macedoniae. Bastarnae magna peditum equitumque manu Histrum traiiciunt.

Lex Papiria Nummaria. — Tumultus Istricus sedatus. Semp. Gracchus de Celtiberis, L. Postumius de Lusitanis.

C. Claudius Istros et Ligures domuit; Tib. Sempronius Gracchus Sardos. — Caecilius Statius floret.

Tib. Sempronius omnes Sardorum populos, qui defecerant, in deditionem recepit. Adversus Ligures prospere pugnatum, consul tamen Petillius missili traiectus ad montes Letum et Balistam in proelio cecidit. *L. XLI. 21.*

Tumultus Gallicus et Ligusticus principio anni exortus, brevi oppressus est. Inter Dardanos Bastarnasque certamina.

Censores Q. Fulvius Flaccus et A. Postumius Albinus senatum legerunt. Graeci philosophi urbe pulsi.

C. Circeius praetor in Corsica et Sardinia prospere rem gerit. M. Popillius victis Liguribus opp. Carystum diruit.

Quum Macedonicum bellum exspectaretur, Gentium quoque Illyriorum regem suspectum Issenses legati fecerunt.

Bellum III Macedonicum adversus Perseum incipit. Boeotorum concilium discussum a legatis Romanis.

Hostilius consul et Hortensius praetor rem male gerunt in Macedonia. — Aristarchus floret. Attius natus.

Lex Voconia de coërcendis mulierum hereditatibus. Praetor Anicius Gentium vincit. — Ennius moritur.

Aemilius Paullus ad Pydnam Macedones vincit. Perseus fugit. — Cossutius floret. C. Sulpicius Gallus.

Obsides foederis Achaici Romam mittuntur. Aemilius Paullus de Macedonia triduum triumphat. *L. XLV. 39.*

Perseus in custodia Albae moritur. — Crates Mallotes Romae. — Andria Terentii comoedia prima agitur.

www.dacoromanica.ro

589	164	T. Manlius Torquatus. Cn. Octavius.
590	163	A. Manlius Torquatus. Q. Cassius Longinus.
591	162	Tib. Sempronius Gracchus II. M. Juventius Thalna.
592	161	P. Cornelius Scipio Nasica P. F. Cn. N. C. Marcius Figulus.
593	160	M. Valerius Messala M. F. M. N. C. Fannius Strabo.
594	159	L. Anicius Gallus. M. Cornelius Cethegus.
595	158	Cn. Cornelius Dolabella. M. Fulvius Nobilior.
596	157	M. Aemilius Lepidus. Cn. Popillius Laenas II.
597	156	Sex. Julius Caesar. L. Aurelius Orestes.
598	155	L. Cornelius Lentulus Lupus. C. Marcius Figulus II.
599	154	P. Cornelius Scipio Nasica II. M. Claudius Marcellus II.
600	153	Q. Opimius. L. Postumius Albinus, *cui mortuo suff.* M. Acilius Glabrio.
601	152	Q. Fulvius Nobilior. T. Annius Luscus.
602	151	M. Claudius Marcellus III. L. Valerius Flaccus.
603	150	L. Licinius Lucullus. A. Postumius Albinus.

www.dacoromanica.ro

813	60	Dom. Claud. Nero Caesar Aug. IV. Cossus Cornelius Lentulus.
814	61	C. Caesonius Paetus. C. Petronius Turpilianus.
815	62	P. Marius Celsus. L. Asinius Gallus. *quibus suffecti sunt* L. Annaeus Seneca. Trebellius Maximus.
816	63	C. Memmius Regulus. Paullus Verginius Rufus.
817	64	C. Lecanius Bassus. M. Licinius Crassus.
818	65	A. Licinius Nerva Silianus. M. (C. Julius) Atticus Vestinus.
819	66	C. Suetonius Paullinus. L. Pontius Telesinus.
820	67	L. Fonteius Capito. C. Julius Rufus.
821	68	C. Silius Italicus. M. Galerius Trachalus. *quibus suffecti sunt* M. Plautius Silvanus. M. Salvius Otho. *quibus adhuc suffecti sunt* C. Bellicus Natalis. P. Cornelius Scipio Asiaticus.
822	69	Serv. Sulpicius Galba Imp. Aug. II. T. Vinius Rufinus.
823	70	T. Flavius Vespasianus Imp. Aug. II. Titus Caesar Vespasiani filius. *quibus suffecti Kalendis Julii*

www.dacoromanica.ro

Corbulo Mardorum latrocinia punit, Tigranocerta capit, Hyrcanos in sacietatem recipit.

Clades britannica. Suetonius Monam invadit, Suetonio Petronius Turpilianus successor datus.

Nero ducta Poppaea, Octaviam amolitur. Aniceti scelere Octavia in exsilium pulsa necatur in Pandateria. Libertos Doryphorum et Pallantem veneno tollit Nero. Seneca incusatur. Piso Neroni insidiatur. *Taciti Ann. XIV. 50 usque 55.*

Vologeses rex Parthorum bellum mente volvit.
Bello Armeniaco praefecitur Corbulo. *Ann.* XV. *26.*

Clades Romae ex incendio, forte, an dolo principis.
Incendii invidia in Christianos devoluta. *Ann.* XV. *44.*

Conjuratio Pisonis in Neronem, cui accedit Rufus praefectus praetorio. Seneca, Lucanus moriuntur.

Graeci philosophi Roma pulsi.—Valerius Probus floret.
Petronius Arbiter et Thrasea Paetus moriuntur.

Exercitus Romanus expeditionem in Galilaeam inchoat.
Silius Italicus floret.

Julius Vindex in Gallia, Galba in Hispania rebellant. Turbatum Illyricum; Butannia amissa; coortae in nos Sarmatarum et Suevorum gentes; nobilitatus cladibus mutuis Dacus.

Miles urbanus, longo Caesarum sacramento imbutus, et ad destituendum Neronem arte magis et impulsu, quam suo ingenio traductus. *Tac. H. I. 5.*

Nero ab omnibus desertus mortem sibi consciscit.
Serv. Sulpicius Galba *imperator*, segnis et crudelis.

Galba occiditur. **Otho** *imp.* Pugna ad Bodriacum.
Vitellius *imp.* Pugna ad Cremonam. **Vespasianus** *imp.*

Consilium restituendi Capitolii, quod anno priore igne conflagraverat. Titus Caesar urbem Hierosolyma obsidet, captam diruit. Claudius Civilis Batavos, Canninefates,

www.dacoromanica.ro

823	70	M. Licinius Mucianus. P. Valerius Asiaticus. *quibus suffecti Kalendis Novembris* L. Annius Bassus. C. Caecina Paetus.
824	71	T. Flavius Vaspasianus Imp. Aug. III. M. Cocceius Nerva. *quibus suffecti sunt* Flavius Domitianus Caesar. Cn. Paedius Castus.
825	72	T. Flavius Vespasianus Imp. Aug. IV. Titus Caesar Vespasiani filius II.
826	73	Flavius Domitianus Caesar II. M. Valerius Messallinus.
827	74	T. Flavius Vespasianus Imp. Aug. V. Titus Caesar Vespasiani filius III. *cui abdicanti suffectus* Flavius Domitianus Caesar III.
828	75	T. Flavius Vespasianus Imp. Aug. VI. Titus Caesar Vespasiani filius IV. *quibus abdicantibus suffecti* Flavius Domitianus Caesar IV. M. Licinius Mucianus.
829	76	T. Flavius Vespasianus Imp. Aug. VII. Titus Caesar Vespasiani filius V. *quibus abdicantibus suffecti* Flavius Domitianus Caesar V T. Plautius Silvanus II.
830	77	T. Flavius Vespasianus Imp. Aug. VIII. Titus Caesar Vespasiani filius VI. *quibus abdicantibus suffecti* Flavius Domitianus Caesar VI. Cn. Julius Agricola.

www.dacoromanica.ro

Frisios excitat; statim dolo, mox aperta vi Romanos superat. Cerealis per occultos nuntios Batavis pacem, Civili veniam ostentans, monebat fortunam belli, opportuno erga populum Romanum merito mutare. *T. H. V. 24.* Valerius Maximus floret.

Batavorum bellica gloria exstinguitur.
Vespasianus imperator et Titus Caesar triumphant.
Templum Jani clauditur.— Templum pacis iuchoatur.
Cornelius Pinus et Accius Priscus florent.
Helvidius Priscus, Thraseae gener, severus philosophus.

A Tito congiarium populo datum.
Philosophi, ut procacia ingenia, urbe submoti.

A Domitiano congiarium populo datum. Honestissimi Italicorum ac provincialium adlecti in senatum.

Peracto censu conditum est lustrum imperii supremum. Tum princeps Achaiam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samum, Tracheam Ciliciam et Commagenem in provinciarum formam redegit.

Templum pacis dicatum. Amphitheatrum Flavium.
Vologeses Parthorum rex Syriam occupare conatus, Traiani, Syriae praesidis, constantia prohibetur.
Cynicorum philosophorum audacia repressa.
M. Aper, Jul. Secundus, Curiat. Maternus. Vips. Messalla.

Domitianus adversus Sarmatas missus, recepit signa ante capta, victorque in urbem rediit.
Titus amore Berenices, quae non modo Romam venerat, sed etiam in Palatium recepta fuerat, flagrat.—Hadrianus Romae natus.

C. Plinius naturae historiarum triginta septem libros edit. Cn. Julius Agricola, egregie administrata pene per triennium Aquitania provincia, laudem assecutus, in urbem revocatus est, ut suffectus fieret consul. — Carbunculus morbus foede saeviit Romae.

www.dacoromanica.ro

831	78	C. Cocceius Commodus. D. Novius Priscus
832	79	T. Flavius Vespasianus Imp. Aug. IX. Titus Caesar Vespasiani filius VII. *mortuo Vespasiano VIII Kal. Julii, et Tito abd.* M. Titius Frugi. T. Vinius Julianus.
833	80	Titus Vespasianus Imp. Aug. VIII. Flavius Domitianus Caesar VII.
834	81	M. Plautius Silvanus. Asinius Pollio Verrucosus.
835	82	Fl. Domitianus Imp. Aug. VIII. T. Flavius Sabinus.
836	83	Fl. Domitianus Imp. Aug. IX. T. Virginius (Petilius) Rufus.
837	84	Fl. Domitianus Imp. Aug. X. T. Aurelius (App. Junius) Sabinus.
838	85	Fl. Domitianus Imp. Aug. XI. T. Aurelius Fulvus.
839	86	Fl. Domitianus Imp. Aug. XII. Serv. Cornelius Dolabella.
840	87	Fl. Domitianus Imp. Aug. XIII. A. Volusius Saturnius.
841	88	Fl. Domitianus Imp. Aug. XIV. L. Minucius Rufus.
842	89	T. Aurelius Fulvius. A. Sempronius Atratinus.
843	90	Fl. Domitianus Imp. Aug. XV. M. Cocceius Nerva II.
844	91	M. Ulpius Traianus. M. Acilius Glabrio.

www.dacoromanica.ro

Julius Agrigola in Britannia Ordovicum civilatem capit, Monam insulam in deditionem accipit.

Caecinae et Marcelli conjuratio detecta et vindicata. Stella crinita visa. — Vespasianus moritur.

Titus filius imperator salutatur. Atrox et continuus terrae motus. Vesuvii montis conflagratio. Obrutae urbes Herculanum et Pompeii. C. Plinius caligine exanimatus.

Ingens incendium Romae. Pestilentia horrenda.—Auctum amphitheatrum. Thermae Titi.—Turnus, Sulpicia fl.

Titus Idib. Sept. altero et quadragesimo aetatis anno m. **Domitianus** Romae castris occupatis imperator salutatus.

Capitolium restitutum impensis 12,000 talentorum. Ut bibliothecae repararentur, exemplaria undique petita.

Agricola in Britannia civitates trans Bodotriam sitas aggreditur. Populi Caledouiam incolentes arma capiunt.

Domitiani ridicula expeditio in Cattos. — Agricola summa de re in Britannia certat. Calgacus dux

Agricola, tradita successori suo quieta provincia Romam revertit. Germania intestinis bellis fervet.

Novi ludi Romae a Domitiano excogitati.—Dacicum bellum atrox Decebalo duce coeptum.— Antoninus P. nat.

Ambiguum semper aut funestum cum Dacis bellum, invalido adversus hostium ferociam Oppio Sabino, qui tum Moesiam regebat. Decebalus, caesis legionibus, Oppium Sabinum oppresit. Penetrata inde provincia, castela urbesque expugnavit

Domitianus adversus Dacos profectus. Corn. Fuscus caesus. Julianus rem Romanam restituit, sed a Decebalo deceptus recessit. Domitianus de Dacis Germauisque triumphat. Irridetur a prudentibus. Naumachia exitiosa. Ferale convivium.

Cornelia vestalium maxima, viva defoditur.—Martialis. Juvenalis, Fab. Quintilianus florent.

www.dacoromanica.ro

845	92	Fl. Domitianus Imp. Aug. XVI. Q. Volusius Saturninus.
846	93	Sex. Pompeius Collega. Cornelius Priscus. *quibus suffecti sunt* M. Lollius Paullinus. Valerius Asiaticus Saturninus. *quorum uni suffectus est* C. Antistius Julius Quadratus.
847	94	L. Nonius Torquatus Asprenas. T. Sextius Lateranus, *cui suffectus* M. Aricius Clemens.
848	95	Fl. Domitianus Imp. Aug. XVII. T. Flavius Clemens.
849	96	C. (Manlius) Fulvius Valens. C. Antistius Vetus.
850	97	M. Cocceius Nerva III. T. Virginius Rufus.
851	98	M. Coccеius Nerva Imp. Aug. IV. M. Ulpius Traianus Caesar II.
852	99	A. Cornelius Palma. C. Sosius Senecio.
853	100	M. Ulpius Traianus Imp. Aug. III. M. Cornelius Fronto.
854	101	M. Ulpius Traianus Imp. Aug. IV. Sex. Articuleius Paetus, *cui suffectus* Cornelius Scipio Orfitus.
855	102	C. Sosius Senecio III. L. Licinius Sura II. *quibus suffecti sunt* M. Acilius Rufus. C. Caecilius Crassinus.

www.dacoromanica.ro

L. Antonius, Germaniae superioris praeses, contumeliis accensus civile bellum molitus, sed repressus est.

Jul. Agricola sexto et quinquagesimo aetatis anno moritur Post Agricolae mortem quasi turbo furor Domitiani incubuit. — In his temporum acerbitatibus, auditi sunt motus Sarmatarum, qui legionem cum legato ceciderant. Huc tendit princeps, et seu victis hostibus, seu fictis victoriis, uti jam ante ludificatus, lauream Jovi Capitolino retulit.

Philosophi omnes, ut instinctores libertatis, urbe Italiaque submoti. Acriter quoque in Christianos est animadversum. — Libri in foro cremati.

Domitianus saevit in proprian. familiam. Fl. Clemens interemptus. Flavia Domitilla relegata. — Statius floret.

Domitianus XIV Kal. Octobris a Stephano occisus.
M. Cocceius Nerva imperator proclamatus, a senatu conf.

M. Ulpium Traianum, qui Germaniae praesidebat, adoptat, et Caesarem nominat.— Valerius Probus, Sulpicia fl.

Nerva sub ipsis anni initiis defunctus.
M. Ulpius Traianus imperator. — Julius Obsequens.

Sub medium annum Traianus Romam reversus est ad capessenda imperii gubernacula, ibique compositis domesticis rebus, bella meditatus est inter maguas populi. Romani exspectationes. — Profectio Augusti.

Cornelius Tacitus, Plinius secundus florent.
Adveniente vere Traianus exercitum navibus transmittit in Dacos, eosque pluribus cladibus afficit.

Ineunte anno Romani ad arma iterum convolant. Commissis proeliis tanta Romanorum multitudo vulnerata, ut Traianus vestes suas in fascias disciderit, vulueribus obligandis. Decebalus ad incitas redactus pacem petiit, quae ei gravibus conditionibus data. Traianus triumphans Romam rediit.

www.dacoromanica.ro

856	103	M. Ulpius Traianus Imp. Aug. V. L. Appius Maximus II.
857	104	L. Licinius Sura III (Suranus) P. Neratius Marcellus.
858	105	Tib. Julius Candidus. A. Quadratus II.
859	106	L. Ceionius Commodus Verus. L. Tutius Cerealis.
860	107	L. Licinius Sura IV. C. Sosius Senecio IV.
861	108	App. Annius Trebonius Gallus. M. Atilius Metellus Bradua.
862	109	A. Cornelius Palma II. C. Calvisius Tullus II. *quibus suffecti sunt* P. Aelius Hadrianus. L. Publicius Celsus.
863	110	Claudius Crispinus (Paeducaeus Priscinus) Solinus Orfitus (Salvidienus Orfitus)
864	111	C. Calpurnius Piso. M. Vettius (Rusticus) Bolanus. *quibus suffecti sunt* C. Julius Ursius Servilius Servianus II. L. Fafius Justus.
865	112	M. Ulpius Traianus Imp. Aug. VI. C. Julius (T. Sextius) Africanus.
866	113	L. Publicius Celsus II. L. Claudius Crispinus.
867	114	Q. Ninnius Hasta. P. Manilius Vopiscus.
868	115	L. Vipsanius (M. Valerius) Messalla. M. Vergilianus (C. Popilius Carus) Pedo.

www.dacoromanica.ro

Paulo post nunciatum est iterum multa Decebalum contra foedus facere, arma comparare, arces instaurare et finitimas nationes per legatos sollicitare. Decrevit itaque Traianus bellum iterum inferre genti nunquam fidae.

Pons in Danubio per Apollodorum Damascenum factus.
Victo Decebalo Traianus Daciam in provinciam redegit.

Traianus imperator V acclamatus, Romam reversus iterum de Dacis triumphat. — Germanicus Dacicus.

Legatus Cornelius Palma Arabiam Petraeam subigit.
Aqua Marcia Romae, — Caninius fl.

Legationes a barbaris populis, ab Indis etiam ad Traianum veniunt. *Dionis Cassii LXVIII. 15.*

Via Traiana lapidibus strata per paludes pomptinas ducta.

Nicopolis, Traianopolis, Marcianopolis conditae?

Traianus orbem terrarum aedificavit, multas immunitates civitatibus tribuit. *Eutropii VIII. 4.*

C. Suetonius Tranquillus floret.

Forum Traiani Romae aedificari coepit.

Traianus gloriam militarem civilitate et moderatione superavit, Romae et per provincias aequalem se omnibus exhibens, nihil injustum ad augendum fiscum agens; liberalis in cunctos, publice privatimque ditans omnes et hororibus augens, quos mediocri familiaritate cognovisset *Eutropii VIII. 4.*

Forum Traiani cum Basilica Ulpia dedicatum.

Columna Traiani.

Bibliotheca graeca et latina.

Bellum Parthicum, Armenia maior in provinciae formam redacta.

Judaei Cyrenae rebellant. — Traianus armis in interiorem Parthorum ditionem penetrat.

www.dacoromanica.ro

869	116	L. Aelius Lamia (Aemilius Aelianus.) Aelianus (L. Antistius) Vetus.
870	117	Quinctius Niger. C. (T.) Vipsanius Apronianus.
871	118	Aelius Hadrianus Imp. Aug. II. Tib. Claudius Fuscus Alexander (Salinator)
872	119	Aelius Hadrianus Imp. Aug. III. Q. Junius Rusticus.
873	120	L. Catilius Severus. L. (T.) Aurelius Fulvus.
874	121	L. (M.) Annius Verus II. Aurelius Augurinus (L. Augur).
875	122	M. Acilius Aviola. C. Cornelius Pansa.
876	123	Q. Arrius Paetinus. C. Ventidius Apronianus.
877	124	M. Acilius Glabrio. C. Bellicius Torquatus.
878	125	P. Cornelius Scipio Asiaticus. A. Vettius Aquilinus.
879	126	M. Annius Verus III. L. Varus Ambibulus.
880	127	D. Caelius Titianus. Gallicanus.
881	128	L. Nonius Asprenas Torquatus II. M. Annius Libo.
882	129	P. Juventius Celsus II. Q. Julius Balbus. *quibus suffecti sunt* C. Neratius Marcellus. Cn. Lollius Gallus.

www.dacoromanica.ro

Parthis regem Parthamaspatem dat, et bello finem imponit. — Traianus Parthicus.

Traianus Selinunte in Cilicia moritur.
Aelius Hadrianus imperator. Armenia maior restituta.

Sarmatae et Raxolani in Daciam et Pannon. irrumpunt.
Salvius Julianus floret. Arrianus fl.

Marcus Aurelius natus. Quintiliano, quum Romam veniret Hadrianus, data ornamenta consularia.

Juvenalis exsul moritur in Aegypto. Plutarchus m.
Hadrianus iter suscipit per imperii provincias.

Hadrianus aggerem struit in Britanniae finibus.
Claudius Aelianus floret.

Hadrianus Traiani gloriae invidens, statim provincias tres reliquit, quas Traianus addiderat.

Idem de Dacia facere conatum amici deterruerunt, ne multi cives Romani barbaris traderentur; propterea, quod Traianus victa Dacia, ex toto orbe Romano infinitas eo copias hominum transtulerat, ad agros et urbes colendas. Dacia enim diuturno bello Decebali viris fuerat exhausta. *Eutropii VIII.* 6

Pacem tamen omni tempore imperii sui habuit, semel tantum per praesidem dimicavit; orbem Romanum circumiit; multa aedificavit. Facundissimus Latino sermone, Graeco eruditissimus fuit; non magnam clementiae gloriam habuit; diligentissimus tamen circa aerarium et militum disciplinam. *Eutropii VIII.* 6, 7.

Hadrianus equitibus et peditibus qui sunt in Dacia inferiore sub Plautio Caesiano, quinis et vicenis pluribusque stipendiis emeritis, dimissis honesta missione, ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et connubium. *Diploma militare in Dacia inferiore, Celleis, inventum.*

www.dacoromanica.ro

883	130	Q. Fabius Catullinus. M. Flavius Asper.
884	131	Serv. Octavius Laenas Pontianus. M. Antonius Rufinus.
885	132	Sentius Augurinus. Arrius Severianus II.
886	133	M. Antonius Hibernus. Junius Silanus Sisenna.
887	134	C. Julius Ursius Servilius Servianus III. C. Vibius (Juventius) Verus.
888	135	(Pompeius Lupercus) Pontianus. (L. Julius Atticus) Acilianus.
889	136	C. Ceionius Commodus Verus. Sex. Vetulenus Civica Pompeianus.
890	137	L. Aelius Verus Caesar II. L. Caelius Balbinus Vibulius.
891	138	Sulpicius Camerinus. Quinctius Niger Magnus.
892	149	Antoninus Pius Imp. Aug. II. C. Bruttius Praesens II.
893	140	Antoninus Pius Imp. Aug. III. M. Aelius Aurelius Caesar.
694	141	M. Paeducaeus Priscinus. T. Haemus Severus.
895	142	L. Cuspius Rufinus. L. Statius Quadratus.
896	143	C. Bellicius Torquatus. Tib. Claudius Atticus Herodes.
897	144	P. Lollianus Avitus. C. Gavius Maximus.

www.dacoromanica.ro

Hadrianus urbem Hierosolyma (Aeliam Capitolinam) restaurat, addito templo Jovis Capitolini.

Edictum perpetuum a Salvio Juliano scriptum.
Claudius Galenus natus.

Judaei propter sacra gentilia Hierosolymis celebrata rebellant. Judaea in solitudinem conversa..

Arrianus repellit Albanos (sive Alanos) in Cappadociam irrumpentes.

Jul. Capito ab ordine coloniae Traianae Sarmizaegethusensium ex Dacia superiore honoratus. *Inscriptio oesc.*

Julius Severus qui Britanniae praefuerat, bellum judaicum conficit., Judaei exsilio mulctati.

Moles Hadriani. Lucius Aurelius Verus ab Hadriano adoptatur, qui deinde Aelius Verus nominatur.

Villa Hadriani in agro Tiburtino.
Appianus floret. Zenobius fors, et Diogenianus.

Hadrianus moritur, annos 60, menses 5 et dies 19 natus.
Antoninus Pius imper. prius ab Hadriano adoptatus.

Marcus Aurelius ducta Faustina Caesar nominatus. — Justinus Martyr.

Claudius Ptolemaeus floret.
Artemidorus, Apollonius Chalcedonius florent.

Antoninus Liberalis floret.
Herodes Atticus Sophista floret.

Taurus Beritius floret?
M. Cornelius Fronto floret.

Nicomedes Cretensis floret?
Proculus Siccensis floret?

Turbae in Britannia per legatum Lollium Urbicum componuntur.

www.dacoromanica.ro

898	145	Antoninus Pius Imp. Aug. IV. M. Aelius Aurelius Caesar II.
899	146	Sex. Erucius Clarus II. Cn. Claudius Severus.
900	147	M. Valerius Largus. M. Valerius Messallinus.
901	148	L. (Bellicius) Torquatus. C. (M. Salvius) Julianus Vetus.
902	149	Sergius Cornelius Scipio Orfitus. Q. Nonius Priscus.
903	150	Romulus Gallicanus. L. Autistius Vetus.
904	151	Quinctilius Condianus. Quinctilius Maximus.
905	152	M. Acilius Glabrio. C. Valerius Homullus (Verianus).
906	153	C. Bruttius Praesens II. A. Junius (M. Antonius) Rufinus.
907	154	L. Aelius Aurelius Commodus. T. Sextilius Lateranus.
908	155	C. Julius Severus. M. Rufinus Sabinianus.
909	156	M. Ceionius (Plautius) Silvanus. L. Sentius Augurinus.
910	157	Barbatus (Barbarus). Regulus.
911	158	Q. Flavius Tertullus. Claudius (Licinius) Sacerdos.
912	159	M. Plautius Quinctilius. Statius Priscus.

www.dacoromanica.ro

Antoninus per legatos compescit Mauros, deinde Germanos, et barbaros in Daciam irrumpentes.

Cultus Serapidis Romae introductus, mysteria pridie Kal. Maii celebrantur.

Ludi seculares Romae celebrati.
Nicomachus Gerasaeus floret.

Basilides et Sextus Chaeronensis florent.
Salvius Julianus moritur.

Volusianus Maecianus floret.
Arrianus Nicomediensis floret? Titus Caius floret.

Antoninus Pius genere claro, sed non admodum vetere, vir insignis et qui merito Numae Pompilio conferatur, ita ut Romulo Traianus aequatur. Vixit ingente honestate privatus, maiori in imperio, nulli acerbus, cunctis, benignus: in re militari moderata gloria, defendere magis provincias, quam amplificare studens: viros aequissimos ad administrandam rempublicam quaerens: bonis honorem habens, improbos sine aliqua acerbitate detestans: regibus amicis venerabilis non minus quam terribilis, adeo ut barbarorum plurimae nationes depositis armis, ad eum controversias suas, litesque deferrent, sententiae eius parerent. *Eutr. VIII. 8.*

Dio Cassius natus. Cos et Rhodus terrae motu destructae.
Atilius Tatianus a senatu damnatus, qui imperium affectabat. Solum exemplum sub Antonino.

Antoninus Pius ante imperium ditissimus, opes quidem omnes suas stipendiis militum, et circa amicos liberalitatibus minuit; verum aerarium opulentum reliquit. Pius propter clementiam dictus est. *Eutropii libro VIII. 8.*

Lucius Apulejus floret

www.dacoromanica.ro

913	160	App. Annius Attilius Bradua. T. Claudius Vibius Varus.
914	161	M. Aurelius Antoninus Caesar III. L. Aelius Aurelius Verus Caesar II.
915	162	Q. Junius Rusticus. C. Vettius Aquilinus, *cui suffectus* T. Flavius Tertullus.
916	163	L. Papirius Aelianus. Junius Pastor.
917	164	M. (Julius) Pompeius Macrinus. P. Juventius (L. Cornelius) Celsus.
918	165	L. Arrius (Servilius) Pudens. M. Gavius (L. Corn. Scipio) Orfitus.
919	166	Q. Servilius Pudens. L. Fufidius (T. Vitrasius) Pollio.
920	167	L. Aelius Aurelius Verus Aug. III. T. Numidius Quadratus.
921	168	T. Junius Montanus. T. (L.) Vettius Paullus.
922	169	Q. Sosius Priscus. P. Caelius Apollinaris.
923	170	M. Cornelius (Aur. Severus) Cethegus. C. Erucius (L. Junius) Clarus.
924	171	L. Septimius Severus II. L. Aufidius Herennianus.
925	172	Claudius Maximus. Cornelius Scipio Orfitus.
926	173	M. Aurelius Severus II. T. Claudius Pompeianus.
927	174	App. Annius Trebonius Gallus. Fulvius Flaccus.

www.dacoromanica.ro

Aulus Gellius, Justinus epitomator Trogi Poimpeii, Pomponius jurisconsultus florent.

Antoninus Pius moritur, et consecratur.
M. Aurelius et L. Verus impp. Bellum Parthicum.

Variae calamitates in orbe romano. Catti invadunt Galliam et Rhaetiam. Ctesiphon capta.
Fl. Avianus, Dionysius Cato, Caius, Acro, Porphyrio fl.

Armenia recuperata.
Polyaenus floret.

Galenus floret.
Alcinous floret.

Avidius Cassius legatus prospere pugnat advesus Parthos. Athenagoras fl. Justinus martyr moritur.

Imperatores M. Aurelius et. L. Verus de Parthis triumphant. Pestilentia ingens in Italia et in provinciis.

Primum bellum Marcomannicum.
Tabulae ceratae Alburno maiori in Dacia scriptae.

Peregrinus philosophus ludis Olympiis in ignem a se accensum sponte se proiicit.

Lucius Verus moritur in Venetia, cum a Concordia civitate Altinum proficisceretur, subito sanguine ictus.

Lucianus floret.
Pausanias floret.

M. Aurelius cum omnibus Romae aequo jure egit, ad nullam insolentiam elatus imperii fastigio. *Eutr. VIII 12.*

Marcomanni, Quadi et Jazyges iterum rebellant. Ad huius belli usum, aerario exhausto, M. Aurelius instrumentum regii usus, facta in Foro divi Traiani sectione, distraxit. *Eutr. VIII. 13.*

M. Aurelius devictis Marcomannis, Vandalis aliisque barbaris pacem concedit.

www.dacoromanica.ro

928	175	Calpurnius Piso. M. Salvius Julianus.
929	176	T. Vitrasius Pollio II. M. Flavius Aper II.
930	177	L. Aurelius Commodus Aug. Plautius Quinctilius.
931	178	Julianus (Vettius) Rufus. Gavius (Cornelius Scipio) Orfiitus.
932	179	L. Aurelius Commodus Aug. II. T. Annius Aurelius Verus II. *quibus suffecti Kal. Julii* P. Helvius Pertinax. M. Didius Severus Julianus.
933	180	L. Fulvius Bruttius Praesens II. Sex. Quinctilius Condianus.
934	181	L. Aurelius Commodus Aug. III. L. Antistius Burrhus.
935	182	C. Petronius Mamertinus. Cornelius (Trebellius) Rufus.
936	183	L. Aurelius Commodus Aug. IV. C. Aufidius Victorinus II.
937	184	M. Aegidius Marullus. Cn. Papirius Aelianus.
938	185	Triarius Maternus. M. Attilius Bradua.
939	186	L. Aurelius Commodus Aug. V. M. Acilius Glabrio II.
940	187	Clodius Crispinus. Papirius Aelianus.
941	188	O. Allius Fuscianus II. Duilius Silanus II.

www.dacoromanica.ro

Avidius Cassius seditionem movet, tandem una cum filio interficitur.

Faustina imperatrix moritur.
Aelius Aristides, Tatianus florent.

M. Aurelius filium Commodum cooptat.
Athenagoras moritur.

Marcomanni bellum renovant.
M. Aurelius una cum filio Commodo Carnunti in Pannonia stationes habens, bellum inde gerit cum Marcomannis et Quadis, horumque sociis Hermunduris et Sarmatis, quos tantis cladibus affecit, ut jam jam debellatum iri videretur.

M, Aurelius moritur in Panonnia annos natus LXI.
L. Aur. Commodus imper. Coelius Aurelianus natus.

Commodus cum Murcomannis, et Quadis pacem turpem. facit, et Romam redit.

Dacia turbatur a barbaris. Pax facta cum Burris.
Sabinianus in Dacia. — Albinus et Niger.

Insidiae Pompeiani contra Commodum, additis verbis: „Hoc tibi senatus mittit.“

Bellum in Britannia, duce Ulpio Marcello.
Auctor Satyrici floret.

Lucilla conjurationem in Commodum fratrem excitat, et interficitur. — Origenes natus.

Perennis praefectus praetorio caesus, cui succedit Cleander libertus.

Bellum transfugarum.
Capitolium fulminis ictu incensum.

Maternus in Hispania conjurationem orditur et in Italiam venit

www.dacoromanica.ro

942	189	Junius Silanus. Q. Servilius Silanus.
943	190	L. Aurelius Commodus Aug. VI. M. Petronius Septimianus.
944	191	Cassius Apronianus. M. Attilius Bradua II.
945	192	L. Aurelius Commodus Aug. VII. P. Helvius Pertinax II.
946	193	Q. Sosius Falco. Q. Julius Erucius Clarus. *quibus suffecti Kal. Martii* Flavius Claudius Sulpicianus. Fabius Cilo Septiminus.
947	194	L. Septimius Severus Aug. II. D. Clodius Albinus Caesar II.
948	195	(Q. Flavius) Scapula Tertullus. T. Flavius Clemens.
949	196	C. Domitius Dexter II. L. Valerius Messalla Thrasia Priscus.
950	197	App. Claudius Lateranus. M. Mauritius Rufinus.
951	198	Tiberius Haterius Saturninus. C. Annius Trebonius Gallus.
952	199	P. Cornelius Anulinus II. M. Aufidius Fronto.
953	200	(C.) Tiberius Claudius Severus. C. Aufidius Victorinus.
954	201	L. Annius Fabius. M. Antonius (Nonius) Mucianus.
955	202	L. Septimius Severus Aug. III. M. Aurelius Antoninus Caracalla Aug.

www.dacoromanica.ro

Cleander interficitur. Sequuntur aliae caedes.
Aelius Aristides moritur.

Commodus pergit crudelitatem suam exercere.
Sextus Empiricus floret.

Templum Pacis et Vestae igne consumuntur.
Athenaeus floret?

Commodus ex conjuratione interficitur, ultimo die mensis Decembris.

Helvius Pertinax imperator a senatu creatus, post quinque menses a praetorianis occiditur.

Didius Julianus imperator a praetorianis creatus.

Septimius Severus in Illyrico, **Pescennius Niger** in Syria, **Albinus** in Britannia. — D. Julianus caeditur

Pescennius Niger superatur a Septimio Severo ad Issum fluvium.

Christianorum certamina de festo Paschàtis incipiunt.

Byzantium expugnatum et dirutum.
Strato Sardianus floret.

Albinus post cruentam pugnam Lugdunensem mortem sibi consciscit.

Sept. Severus Parthos superat, eorum metropolim diripit. — Aemilius Papinianus floret.

Nonius Marcellus floret.
Serenus Sammonicus floret.

Galenus moritur. Clemens Alexandrinus floret, Oppianus floret.

Expeditio in Palaestinam adversus Judaeos, de quibus Antoninus Caracalla triumphat.

Christianorum persecutio. — Irenaeus moritur.
Pantheon Agrippae restauratur.

www.dacoromanica.ro

956	203	L. Fulvius Plautianus II. P. Septimius Geta Caesar.
957	204	L. Fabius Cilo Septiminus II. M. Flavius Libo.
958	205	M. Aurelius Antoninus Caracalla Aug. II. P. Septimius Geta Caesar II.
959	206	M. Mummius Annius Albinus. Fulvius Aemilianus.
906	207	M. Flavius Aper. Q. Allius Maximus.
961	208	M. Aurelius Antoninus Caracalla Aug. III. P. Septimius Geta Caesar III.
962	209	(M. Aurelius) Civica Pompeianus. Lollianus Avitus.
963	210	Man. Acilius Faustinus. (C. Caeson. Macer) Triarius Rufinus.
964	211	(Q. Elpidius Rufus) Lollian. Gentianus. Pomponius Bassus.
965	212	C. Julius (M. Pompeius) Asper. P. Julius Asper.
966	313	M. Aurelius Antoninus Caracalla Aug. IV. D. (P.) Caecilius Balbinus II.
967	214	Silius Messalla. Q. Aquilius Sabinus.
168	215	Aemilius Laetus II. Anicius Cerealis.
169	216	Q. Aquilius Sabinus II. Sex. Cornelius Anulinus.
170	217	C. Bruttius Praesens. T. Messius Extricatus II.

www.dacoromanica.ro

Antoninus Caracalla uxorem ducit Plautillam Plautiani filiam.

Ludi seculares celebrantur Romae.
Plautianus interficitur.

Sept. Severus etiam civilibus studiis clarus fuit, et litteris doctus. Plurimas leges tulit. —Plotinus natus.

Plures senatores occisi.
Alexander Aphrodisiensis floret?

Sept. Severus expeditionem suscipit in Britanniam, quod ei novissimum bellum fuit.

Sept. Severus Caledones in Britannia internecino bello persequitur.

Ut receptas provincias omni securitate muniret, vallum per XXXII millia passuum a mari ad mare deduxit. *Eutropii VIII. 19.*

Diogenes Laertius, Julius Solinus florent.

Sept. Severus moritur Eboraci in Britannia.
Antoninus Caracalla et **Septimius Geta** imperatores. Caracalla occidit fratrem Getam. Papinianus fratricidium defendere nolens moritur. — Tertullianus fl.

Alemanni provincias ad Rhenum supriorem sitas occupant et in Gallam irrumpunt.

Caracalla provincias percurrit. — Longinus natus.
Agathemerus floret.

Constitutio Antoniniana de civitate.
Caracalla Gothos in Dacia tumultuariis proeliis vicit.

Thermae Antoninianae.
Expeditio adversns Parthos.

Caracalla occisus Edessae a praef. praet. Macrino.
Opilius Macrinus et eius filius **Diadumenianus** impp.

www.dacoromanica.ro

971	218	M. Opilius Severus Macrinus Aug. II. Anton. Diadumenianus Adventus II.
972	219	M. Aur. Antoninus Heliogabalus Aug. II. Licinius Sacerdos II.
973	220	M. Aur. Anton. Heliogabalus Aug. III. M. Aur. Eutychianus Comazon II.
974	221	Annius Gratus Sabinianus. Claudius Seleucus.
975	222	M. Aur. Anton. Heliogabalus Aug. IV. M. Aur. Severus Alexander Caesar.
976	223	L. Marius Maximus. L. Roscius (Papirius) Aelianus.
977	224	Claudius Julianus II. Claudius Crispinus.
978	225	M. Maecius Rufus (Fuscus). L. Turpilius Dexter.
979	226	M. Aur. Severus Alexander Aug. II. C. Marcellus Quinctilianus II.
980	227	L. Albinus (D. Caelius Balbinus). (M. Clod. Pupinus Maximus) Aemilianus.
981	228	Tib. Manilius Modestus. Sergius Calpurnius Probus.
982	229	M. Aur. Severus Alexander Aug. III. Dio Cassius II.
983	230	L. Virius (Calpurnius) Agricola. Sex. Catius Clementinus.
984	231	(M. Aurel. Claudius) Civica Pompeianus. (Felicianus) Pelignianus.
985	232	P. Julius Lupus. Maximus.

www.dacoromanica.ro

Macrinus et Diadumenianus occisi.
Antoninus Heliogabalus imper. Antiochiae acclamatus

Antoninus Heliogabalus sacerdos solem tantum adorari vult; matrem Soaemiam in senatum induxit.

Alexander Severus ab Antonino Heliog. adoptatus.
Ammonius Saccas floret.

Antoninus Heliogabalus impudicissime et abscoenissime vixit, et omnibus probris se contaminavit.

Heliogabalus tumultu militari interfectus. *Eutr. VIII 22.*
Alexander Severus imperator a senatu nominatus.

Ulpianus praefectus praetorio occisus. — Dio Cassius.
Julius Africanus, Terentianus Maurus florent.

Julius Paullus, Caelius Apicius florent.
Claudius Aelianus floret.

In Asia regnum Neopersicum conditum.
Argyrus, Xerxes vel Artaxerxes rex.

Thermae Alexandrinae.
Alexander Severus militarem disciplinam severissime rexit; quasdam tumultuantes legiones integras exauctoravit. In matrem suam Mammaeam unice pius. *Eutr. IX 23.*

Marcomanni et Quadi a Vario Macrino Pannoniae praeside repressi.

Origines in Paelestinam migrat et Caesareae presbyter consecratur.

Julius Paullus occisus.
Origenes a Demetrio Alexandriae eppo vexatus.

Bellum Neopersicum ab Alexandro Severo susceptum.
Herennius Modestinus floret.

Plotinus floret.
Origenes iterum Caesareae moratur.

www.dacoromanica.ro

986	233	Maximus II. Ovinius Paternus.
987	234	Maximus III. C. Coelius (P. Urinatus) Urbanus.
988	135	L. Catilius Severus. (L. Ragonius Urinatius) Quintianus.
989	236	C. Julius Maximinus Aug. C. Julius Africanus.
990	237	P. Titius Perpetuus. L. Ovinius (Rusticus) Cornelianus.
991	238	M. Ulpius Crinitus. Proculus Pontianus.
992	239	M. Antoninus Gordianus Aug. M. Acilius Aviola.
993	240	Vettius Sabinus Iı. Venustus.
994	241	M. Antoninus Gordianus Aug. II. (Claudius) Civica Pompeianus.
995	242	C. Vettius (Aufidius) Atticus. C. Asinius Praetextatus.
996	243	C. Julius Arrianus. Aemilius Papus.
997	244	Peregrinus. A. Fulvius Aemilianus.
998	245	M. Julius Philippus Augustus. (T. Fabius) Junius Titianus.
999	246	Bruttius Praesens. Nummius Albinus.
1000	247	M. Julius Philippus Aug. II. M. Julius Philippus Caesar.

www.dacoromanica.ro

Alexander Severus ex Perside adversus Germanos proficiscitur ad tuendum Rhenum et Danubium.

Alexander Sev. tumultu militari interfectus in Gallia. **Maximinus** imperator sola militum voluntate dictus.

Bellum adversus Germanos feliciter gestum.
Mammaea moritur.

Gordianus I et eius filius Gordianus II imp. in Africa.
Pupienus et Balbinus Romae, et Gordianus III impp

Maximinus Sirmii consilia agitat Sarmatas bello persequendi et usque ad oceanum septemtrionalem penetrandi

Maximinus Aquileiae una cum filio a propriis militibus occiditur.

Gordianus III imper. Balbinus et Pupienus interfecti

Herodianus floret.
Censorinus floret.

Sabinianus seditionem movet in Africa, victus cadit.
Coelius Aurelianus moritur.

Gordianus Misithei filiam ducit uxorem antequam in Persas proficisceretur.

Gordianus Sarmatas Gothosque Pannoniae et Daciae. infestos removet; in Persas proficiscitur.

Misitheus praefectus praetorio interfectus.
Plotinus Romam venit.

Gordiauus in Oriente ad Euphratem occiditur.
Philippus I imperator acclamatus, filius Philippus II caes.

Gothi irrumpunt in Moesiam et Thraciam.
Philippus pacem facit cum Sapore et Romam venit.

Gepidae ad Carpathos comparent.
Cyprianus creatur episcopus Carthaginis.

Millennium Romae celebratur.
Nummi aenei in Dacia cudi coeperunt.

www.dacoromanica.ro

1001	248	M. Julius Philippus Aug. III. M. Julius Philippus Caesar II.
1002	249	M. Fulvius Aemilianus II. Junius Aquilinus.
1003	250	C. Messius Q. Traianus Decius Aug. II. Annius Maximus Gratus.
1004	251	C. Messius Q. Traianus Decius Aug. III. Q. Etruscus Messius Decius Caesar.
1005	252	C. Vibius Trebonianus Gallus Aug. II. C. Vibius Volusianus Caesar.
1006	253	C. Vibius Volusianus Aug. II. M. Valerius Maximus.
1007	254	P. Licinius Valerianus Aug II. P. Licinius Gallienus Aug.
1008	255	P. Licinius Valerianus Aug. III. P. Licinius Gallienus Aug. II.
1009	256	M. Valerius Maximus II. M. Acilius Glabrio.
1010	257	P. Licinius Valerianus Aug. IV. P Licinius Gallienus Aug. III.
1011	258	M. Aurelius Maximus Fuscus. Pomponius Bassus.
1012	259	Fulvius Aemilianus. Pomponius Bassus II.
1013	260	L. Cornelius Secularis. Junius Donatus.
1014	261	P. Licinius Gallienus Aug. IV. L. Petronius Taurus Volusianus.
1015	262	P. Licinius Gallienus Aug. V. App. Pompeius Faustinus.

www.dacoromanica.ro

Philippi duo, filius ac pater annis quinque imperaverunt. Ambo deinde ab exercitu interfecti sunt: senior Philippus Veronae, Romae junior. *Eutr. IX. 3.*

Massius Traianus Decius imperator, natus Budaliae.

Gothi Donubium traiicinut et Nicopolin obsident; a Decio feliciter repellnntur. — Decius Restitutor Daciarum.

Decius una cum filio Etrusco in pugna cum Gothis cadit.

Trebonianus Gallus Hostilianus imperator.

Filium Volusianum Caesarem, mox Augustum dicit.
Pestilen ia atrox in orbe Romano.

Treb. Gallus et Volusianus Interamnae caesi.

Aemilianus imperator caesus. **Valerianus** imperator Valerianus filium **Gallienum** cooptat. Aurelianus in Illyrico. Gothi, Alani, Franci irrumpunt in imperium Romanum.

Aurelianus Francos caedit.
Aelius Lampridius floret.

Gallienus felicitur pugnat adversus Germanos.
Aelius Spartianus floret.

Bellum Persicum.
Julius Capitoliuus floret.

Aurelianus Perrsas repellit. Pugna adversus Alemannos.
Cyprianus moritur.

Valerianus a Sapore Persarum rege captus, ignobili servitute apud Parthos consenuit. **Gallienus** solus imp.

Alemanni in Italiam penetrant. Scythae et Heruli Athenas oppugnant. — Trebellius Pollio floret.

Motus in exercitu Romano in Oriente.
Aquila Romanus floret. — Regillianus in Ducia.

Magnae calmitates. Turbatae res in Aegypto.
Postumus in Gallia per annos decem imperat.

www.dacoromanica.ro

1016	263	Nummius Albinus II. Maximus Dexter.
1017	264	P. Licinius Gallienus Aug. VI. Amulius Saturninus.
1018	265	P. Licinius Valerianus Caesar II. L. Caesonius Lucillus Macer Rufinianus.
1019	266	P. Licinius Gallienus Aug. VII. . . . . . Sabinillus
1020	267	Ovinius Paternus. . . . . Arcesilaus.
1021	268	Ovinius Paternus II. . . . Marinianus.
1022	269	M. Aurelius Claudius Aug II. Ovinius Paternus.
1023	270	Flavius Antiochianus. Furius Orfitus.
1024	271	L. Domitius Aurelianus Aug. II. Ceionius Virius (Pomponius) Bassus.
1025	272	. . . . Quietus. . . . . Voldumianus.
1026	373	M Claudius Tacitus. M, Maecius Furius Placidianus.
1027	274	L. Domitius Aurelianus Aug. III. C. Julius Capitolinus.
1028	275	L. Domitius Aurelianus Aug. IV. T. Nonus Marcellinus.
1029	276	M. Claudius Tacitus Aug. II. Fulvius Aemilianus.
1030	277	M. Aurelius Probus Aug. Anicius Paullinus.

www.dacoromanica.ro

Q. Nonius Regillianus a militibus occiditur.
Byzantium iterum distruitur.

Odenatus rex Palmyrae orientem pro Gallieno administrat, et adversus Persas defendit. — Eusebius natus.

Postumus seditione militum apud Moguntiacum interfectus. Marius secundo die interfectus. Victorinus. fl.

Dacia, quae a Traiano ultra Danub. fuerat adiecta amissa est. Graecia, Macedonia, Pontus, Asia vastata per Gothos.

Odenatus rex Palmyrae moritur, Zenobia eius uxor. Heruli Graeciae et Asiae littora e navibus vastant.

Gallienus Mediolani cum Valeriano fratre occisus.
Claudius II imper. a militibus dictus, a senatu app. Aug.

Hic Gothos Illyricum Macedoniam que vastantes, ingenti proelio vicit, Alemannos quoque apud lacum Benacum.

Claudius II morbo perit. Quintillus frater eius occiditur.
Aurelianus imperator Sirmii acclamatus.

Aurelianus Gothos Daciam vastantes repellit, item Alemannos, qui in Umbriam penetraverant. — Modestus. fl.

Franci Galliam et Hispaniam devartant.
Roma muris firmioribus cingitur. Templum solis.

Zenobia regina Palmyrae superatur ab Aureliano, apud Edessam. Palmyra destruitur. — Longinus moritur.

Tetricus superatur. Gallia, Britannia et Hispania imperio restituuntur. Dacia intermittitur. Dacia Aureliani.

Aurelianus Caenophrurii in itinere interfectus.
Tacitus imperator a senatu nominatus, Alanos vincit.

Tacitus in itinere adversus Gothos moritur. **Florianus** occiditur. **Aur. Probus** imper. vir illustris gloria militari.

Probus Gallias a barbaris occupatas ingenti proeliorum felicitate restitui.t Quosdam imperium usurpare conatos,

www.dacoromanica.ro

1031	278	M. Aurelius Probus Aug. II. M. Furius Lupus.
1032	279	M. Aurelius Probus Aug. III. Ovinius Paternus.
1033	280	Junius Messalla. . . . . Gratus.
1034	281	M. Aurelius Probus Aug. IV. C. Junius Tiberianus.
1035	282	M. Aurelius Probus Aug. V. Pomponius Victorinus.
1036	283	M. Aurelius Carus Aug. II. M. Aurelius Carinus Caesar.
1037	284	M. Aurelius Carinus Aug. II. M. Aurelius Numerianus II.
1038	285	C. Aurelius Valerius Diocletianus Aug. II. . . . . Aristobulus.
1039	286	M. Junius Maximinus II. Vettius Aquilinus
1040	287	C. Aur. Valerius Diocletianus Aug, III. M. Aur. Valerius Maximianus Aug.
1041	288	M. Aur. Valerius Maximianus Aug. II. Pomponius Januarius.
1042	289	Anuius Bassus II. (L. Ragonius) Quintianus.
1043	290	C. Aur. Valerius Diocletianus Aug. IV. M. Aur. Valerius Maximianus Aug. III.
1044	291	C. Junius Tiberianus. Cassius Dio.
1045	292	Afranius Hannibalianus. M. Aurelius Asclepiodotus.

www.dacoromanica.ro

scilicet Saturninum in Oriente, Proculum et Bonosum Agrippinae multis certaminibus oppressit, Persis pacis conditiones imposuit. Vineas Gallos et Pannonios habere permisit, opere militari Almum montem apud Sirmium, et Aureum apud Moesiam superiorem vineis conseruit, et provincialibus colendas dedit. Pace parata dixit.: brevi milites necessarios non futuros. *Eutr. IX, 19.*

Calpurnius et Nemesianus florent.

Probus interfectus Sirmii tumultu militari.

Carus imper. Carinum et Numerianum fil. Caes. fecit.

Carus Gothos vincit, Persas ex Mesopotomia repellit, sed ictu fulminis perit in castris supra Tigridem.

Numerianus imper. ab Arrio Apro socero suo occisus.

Diocletianus imperator ab exercitu creatus.

Diocletianus Carinum apud Margum armis superat; **Maximianum** Caesarem dicit, deinde Augustum.

Maximianus pugnad aput Rhenum adversus Alemannos.

Diocletianus Persis bellum infert.

Barbari Galliae littora infestant, adverus quos Carausius missus, dubie se gerit.

Carausius purpuram sumit et Britannias occupat.

Francis a Max deserta Treverorum incolenda traduntur.

Maximianus Carausium armis frustra petit.

Mamertinus panegyricum in Maximianum recitat.

Codex Gregorianus et Hermogenianus.

Cum Carausio ad postremum pax convenit.

Mamertinus suum genethliacon in Maximianum Augustum recitat. Sequitur divisiò imperii administrandi causa.

Diocletianus accipit Orientem, Galerius Thraciam et Illyricum, Maximian. Italiam et Africam, Constantius Galliam.

www.dacoromanica.ro

1046	293	C. Aur. Valerius Diocletianus Aug. V. M. Aur. Valerius Maximianus Aug. IV.
1047	294	Flavius Valerius Constantius Caesar. C. Galerius Maximianus Caesar.
1048	295	Nummius Tuscus. Annius Cornelius Anulinus.
1059	296	C. Aur. Valerius Diocletianus Aug. VI. Flavius Valerius Constantius Caesar II.
1050	297	M. Aur. Valerius Maximianus Aug. V. C. Galerius Maximianus Caesar II.
1051	298	Anicius Faustus. Severus Gallus.
1052	299	C. Aur. Valerius Diocletianus Aug. VII. M. Aur Valerius Maximianus Aug. VI.
1053	300	Flavius Valerius Constantius Caesar. III. C. Galerius Maximianus Caesar III.
1054	301	Postumius Titianus II. Fl. Popillius Nepotianus.
1055	302	Flavius Valerius Constantius Caesar IV. C. Galerius Maximianus Caesar. IV.
1056	303	C. Aur. Valerius Diocletianus Aug. VIII. M. Aur. Valerius Maximianus Aug. VII.
1057	304	C. Aur. Valerius Diocletianus Aug. IX. M. Aur. Valerius Maximianus Aug. VIII.
1058	305	Flavius Valerius Constantius Caesar V. C. Galerius Maximianus Caesar V.
1059	306	Flavius Valerius Constantius Aug. VI. C. Galerius Val. Maximianus Aug. VI.
1060	307	M. Aur. Valerius Maximianus Aug. IX. Flavius Valerius Constantinus.

www.dacoromanica.ro

Carausius occisus ab Allecto. Julianus in Africa oppressus. — Cl. Mamertinus Maior, et Eumenius florent.

